Et quidā existimāt ꝙ natura ignis ē simplr cā nutrimēti ⁊ augmenti. Ignis. n. int corpa aut inter elementa nutrit ⁊ auget: ⁊ ideo existimat ꝙ ipse facit hoc in plantis etiā ⁊ in animalibus.

40 Qum destruxit sermonē fingentiū ꝙ augmentū est p principium elemētare. ſ. graue aut leue: incepit etiā destruere ſmonem fingētium ꝙ principiū nutrimēti ⁊ augmenti nutribilis ē ignis: aut pars ignis: aut aliqō igneū: ⁊ dixit: ⁊ quidam cē. i. ⁊ quidā existimāt ꝙ natura ignis in eo ꝙ ē ignis: nō ſm ꝙ est aliquis ignis: ⁊ hoc intēdebat qū dixit simpliciter ē causa nutrimēti ⁊ augmenti. ⁊ opinati sūt hoc videlicet ignē alterare oia in sua ſba: adeo ꝙ augmētat per illud. ⁊ qz nutribile apud eos nutrit alterādo oia i suam ſbam: ideo existimauerūt per duas affirmatiuas in secunda figura: ꝙ ignis facit hoc simpliciter.

Hoc aūt concā quidē qdāmodo ē: nō tamē simplr cā: sed magis anima. ignis. n. augmentuz in infinitū est quousqz fuerit cōbustibile. natura aūt cōstantiū oiuz terminus ē ⁊ rō magnitudis ⁊ augmēti: hoc aūt ē anime sed nō ignis ⁊ rōnis magis quam materie.

Dicam⁹ igit ꝙ ignis nō est nisi cōiunct⁹ cāe aliquo mō: ⁊ nō est cā simplr: ꝫ anima ē dignioz ut sit cā. augmentū. n. ignis est in infinitū duz cōbustibile ē. ea aūt que ꝓstituunt p nām oia bñt finem ⁊ terminū in quātitate ⁊ augmēto: ⁊ ista sūt aie nō ignis: ⁊ sūt dignioza intētioni q̄z materie.

41 Qum narrauit hanc opinionē: incepit primo narrare partem veram que ē in ea: ⁊ partē falsam: ⁊ dixit: dicamus igitur ꝙ ignis cē. i. dicamus igitur nos ꝙ ignis nō est cā nutrimēti ⁊ augmēti in aialib⁹ simplicit: ꝫ attribuit cāe q̄si instrm suoꝝ instroꝝ: imo aia est illa ad quā attribuit

UVA. BHSC. IyR_012

ſimpliciter hec actio:⁊ conceſſit q̄ ignis eſt coniūctus cauſe fm q̄ aliquid attribuitur alicui cuius actio non perficit niſi per illud:quia nutribile nō videt alterare cibuz niſi p partem igneam exiſtentem in eo.hoc enim elementū inter alia:aut eſt alterans alia:aut magis dominatur in eo alterare q̄ in alijs elementis:⁊ ideo fuit neceſſe ut eſſet dominans in corporibus nutribilibus. ⁊ qum declarauit q̄ ſi iſta actio fuerit attributa ei nō erit attributa niſi fm q̄ eſt coniūctus cauſe nō q̄ ipſe ſit cauſa.declarauit modum ex quo nō oportet attribuere iſtam actionē igni ſimplicit ⁊ q̄ dignius eſt attribuere eam ſimplr anime:⁊ dixit: augmentum enim ignis eſt in infinitum ꝛc̄.i.⁊ ſignum q̄ primū mouens in nutrimento ⁊ augmento eſt anima nō ps ignea eſt q⁊ iſte motus.ſ.alterare aliquid in ſubiectū alterantis:⁊ eius augmentū per illud qō alterat ſi fuerit in ſolo igne abſq; alia vtute ſibi coniūcta.ſ.ut primū mouens ſit potentia ignis fm q̄ eſt ignis:nō alia vtuſ coniūcta igni inueniet infinitus:⁊ nō ceſſabit in aliquo termino duz combuſtibile inuenerit.motus aūt alterandi ⁊ augmentādi q̄ inuenitur in hac natura augmentabili: ſemp inuenitur finitus ⁊ terminatus in quantitate: vnde manifeſtum eſt in figura q̄ iſte motus nō eſt ignis ſimpliciter:⁊ quz nō eſt ignis neceſſario ē alterius principij:⁊ illud vocam⁹ animam nutritiuam:⁊ intendit p terminū ⁊ menſurā vltima naturalia que inueniūtur in quātitatibus corpoꝝ augmē tabiliū. D.o.⁊ ſūt dignioꝛes intentioni q̄ materie.i.⁊ iſta actio que inuenitur in hoc motu.ſ.qui incepit a principio terminato ⁊ puenit ad finem terminatū.dignius eſt ut attribuatur ei qō eſt in iſta actione q̄ſi forma.ſ.anima q̄ illi quod eſt quaſi mā:⁊ inſtrumentū.ſ.igniſ:⁊ dixit hoc:quia apparet q̄ actio augmenti ē compoſita ex actione ignis: ⁊ ex aliqua intētione in igne.alterare.n.qō ē in eo debet attribui igni:⁊ quia ē terminatū debet attribui vtute cōiuncte cum igne:quēadmodū mollificare ferrū p ignē ad faciendum aliqō inſtrumētum fm q̄ eſt mollificare attribuit igni:⁊ fm q̄ illa mollificatio habet terminū notū in vnoquoq; inſtrumento attribuit vtuti aeris.

Quoniā aūt eſt eadē potentia vegetatiua ⁊ generatiua.de alimento neceſſariū ē determinare primū:ſeparat.n.ab alijs potētijs ope hoc.

Quoniam igit vtus nutritiua ⁊ generatiua ſunt eedem:oportet prius neceſſario determinare quid eſt nutrimentum ⁊ diſtinguere ab alijs virtutibus.

42 Quoniam per hanc differentiā:qum narrauit primo q̄ vult loqui poſt de virtute nutritiua qum ſit magis vniuerſalis.⁊ primū eoꝝ que apparēt in eo vel primū eorum de quibus cōſiderat ex hac vtute ē q̄ anima ⁊ ſue actiōes ſunt augmētare ⁊ nutrire ⁊ generare:incepit mō determinare qō eſt illud de quo oportet cōſiderare primo in hac vtute poſtq̄ cognoſcitur eſſe anima:⁊ dixit:⁊ quia potentia nutriendi ⁊ generandi ꝛc̄.i. ⁊ quia ſubiectū potētie nutritiue ⁊ augmentabilis ⁊ generatiue ide.n eſt.ſ. nutrimētum.⁊ iam diximus primo q̄ via ad cognitionem ſubſtātiaꝝ iſtaꝝ vtutuz nō ē niſi p cognitionē paſſiuoꝝ eaꝝ primo:vnde neceſſe eſt primo incipere ⁊ determinare cibum quid ſit:⁊ nutrire quid ſit. Et qum narrauit hoc: incepit demonſtrare quid eſt cibus.

Videt aūt eſſe alimentum contrariū contrario:nō omne aūt omni ſed quecūq; contrarioꝝ nō ſolum generationē habēt ex inuicem ſz ⁊ augmentū.fiūt enim multa ex inuicem:ſed nō omnia augentur ut ſanū ex laborāte.vident aūt neq; illa eodem modo ad inuicem eſſe alimentum ſed aqua quidē igni alimentū eſt: ignis aūt non alit aquam. In ſimplicibus quidē igni corpori-

bus hoc eſſe videt maxime:aliud quidē alimentum:aliud vero qō alitur.

Dicamus igit q̄ exiſtimat q̄ nutrimētū eſt cōtrarium cōtrario:⁊ nō oē ꝓtrariū oi cōtrario ſed cōtraria que nō tm̄ fiunt ab inuicem:ſz etiam augent.plura.n.fiūt ab inuicem:ſed non oia augent.Ut.g.ſanū ab infirmo. ⁊ inuenimus etiā q̄ nō eodem modo ſūt nutrimentū ad inuicez: ſed aqua ē nutrimentū igni:ignis aūt nō eſt nutrimētum aque.in corporibus aūt ſimplicib⁹ hec duo ꝓpꝛie exiſtimantur:q̄ alteꝝ eſt nutrimentum:⁊ alteꝝ nutribile.

43 Dicit q̄ exiſtimatum eſt q̄ nutrimentū eſt illud qō ē contrarium nutribili:ſicut quidam exiſtimati ſunt: ſz iſta exiſtimatio nō eſt in omni cōtrario:ſed in eis contrarijs q̄ nō tm̄ fiunt ab inuicem:ſed etiam augmentant.plura enim contraria que generant ab inuicem:nō augmentantur ab inuicem.ſanū.n.fit ab infirmo:ſed nō nutrit ex eo:⁊ hoc intendebat qum dixit:⁊ nō omne contrariū oi ꝓrio ꝛc̄.⁊ ſermo ei⁹ ē intellect⁹ per ſe:⁊ innuit p hoc contraria que ſūt in ſubſtantia.iſta enim exiſtimant augmentari ab inuicez ⁊ nutriri ab inuicem.⁊ qum declarauit q̄ iſta exiſtimatio nō inuenitur niſi in contrarijs que ſunt in ſubſtātia: ⁊ ſūt ea que poſſibile eſt ut nutriri reputent ab inuicem:declarauit etiam q̄ hoc nō equaliter inuenit in vtroq; cōtrario contraria enim nō vident nutrire ſe ad inuicem equaliter ⁊ dixit:⁊ videmus etiam q̄ nō eodez modo ſunt nutrimētum ꝛc̄.i.⁊ iſta exiſtimatio nō inuenit in vtroq; cōtrariorum que ſunt in ſubſtantia equaliter.ſ.ut vtrunq; eorum nutriat ſuum compar equaliter. Aqua.n. ⁊ vniuerſaliter corpora humida videntur eſſe nutrimētuz ignis.ignis autem nō videtur eſſe nutrimētuz alicui. ⁊ qum narrauit q̄ iſta exiſtimatio debilis ē ſi accepta fuerit abſolute:narrauit q̄ iſta exiſtimatio tm̄ inuenit in elementis:⁊ dixit i corporibus aūt ſimplicibus ꝛc̄.i.exiſtimare aūt q̄ nutriens ē contrarium nutribili:nō inuenitur ꝓpꝛie niſi in duobus his corporib⁹ ſimplicibus:quoꝝ alteꝝ ē ignis: ⁊ alterum humidū:ut aqua ⁊ aer.

Dubitationem aūt habet.dicūt.n.hi quidez ſimile ali ſimili:ſicut ⁊ augeri:alijs aūt ſicut diximus econtrario videtur ali contrariuz cōtrario tanq̄z impaſſibile ſit ſimile a ſimili. alimentū aūt mutari ⁊ decoqui:mutatio aūt omnis in ꝓtrariū aut in medium.

Sed in hoc eſt locus dubitationis.quidam enim dicunt q̄ ſimile nutritur per ſimile:⁊ ſimiliter etiam augmentat:⁊ quidam econuerſo.ſ. q̄ contrarium nutritur per ſuū contrariū.ſimile.n. nō patit a ſuo ſimili:⁊ nutrimentū tranſmutatur ⁊ digeritur:⁊ trāſmutatio in quolibet ē ad diſpoſitionem oppoſitam aut ad medium.

44 Sed iſta exiſtimatio lz inueniatur i elemētis p ſenſuz ⁊ inductionem:tū in ipa queſtione ē locus dubitatiōis ex ꝓpoſitionibus famoſis.ē enim fmo quidā qui dat q̄ nutrimentū ē ſimile:⁊ alius qui dat nutrimētum eſſe ꝓrium D.o.rationē ſup vtrūq; fmonē:⁊ dixit:q̄dam.n.dicūt ꝛc̄. i.quidā.n.antiquoꝝ opinabant q̄ nutrimētū oz eē ſile:q⁊ ſile nutrit ſuū ſile:⁊ augmētat ipm.ꝓriū.n. trāſmutat ſuū ꝓrium:ſed nō nutrit ipm:neq; augmētat.⁊ qum dixit hāc rationē:dixit etiam rationē q̄ nutrimentū ē ꝓriuz: ⁊ dixit ⁊ quidā ecōuerſo.i.⁊ dixerūt hoc.ſ.q̄ ꝓriū nutrit a ſuo cōtrario:nō a ſuo ſili:q⁊ opinati ſūt q̄ nutrimentū patitur a nutribili:⁊ ſile nō patit a ſuo ſimili:ḡ nutrimentū nō eſt ſimile.⁊ qū viderūt etiā q̄ nutrimētū trāſmutat i nutribile ⁊ patit:⁊ ois trāſmutatio ē a ꝓrio ad ꝓriū:aut ad illud qō ē mediū inī ꝓria:cōcluſerūt ex hoc q̄ nutrimētū eſt ꝓrium

UVA. BHSC. IyR_012

Adhuc aũt patit aliqd alimentuz ab eo qõ alitur:ſed nõ hoc ab alimento: ſicut neqz inſtructor a materia:ſed ab illo hoc.inſtructor aũt mutatur ſolũ in actũ ex ocio.vtz aũt ſit alimentum qõ vltimo aduenit:aut qõ primo habet differentiam.ſi aũt vtrũqz ſed hoc quidẽ nõ coctũ: illud aũt coctum vtrobiqz vtiqz cõtinget alimentum dicere.inquantũ.n.nõ coctũ ꝓ̃ium cõtrario alit inquãtũ aũt coctũ ſimile ſimili: quare manifeſtũ qõ dicũt quodãmodo vtriqz ⁊ recte ⁊ nõ recte.

Et etiã nutrimentũ patit quodãmodo a nutribili:ſed nõ econuerſo:ſicut carpentarius nõ a materia:ſed mã ab illo.carpentarius aũt trãſmutatur tm̃ ad actionẽ ex ocio.inter hoc igit̃ q nutrimentum ſit illud qõ copulat in poſtremo.⁊ h̃ ſ.ut ſit illud quod prius copulat eſt differentia.ſi igit̃ nutrimentũ eſt vtrũqz: ſed hoc ẽ illud quod digerit̃:illud aũt qõ digeſtũ eſt:poſſibile eſt dicere q nutrimẽtũ ẽ vtrũqz.ſm.n.q eſt nõ digeſtuz contrariũ nutritur a cõtrario:ſm vero q digeſtũ ſimile a ſimili:qm̃ aũt vtraqz iſtaz ſectaz vere ⁊ nõ vere dr̃ aliquo mõ manifeſtũ eſt.

45 D.⁊ etiã nutrimentũ patit quoquo modo ⁊c̃. poteſt intelligi q iſte ſermo ẽ quaſi rationatio iuuans dicentem q nutrimentũ eſt contrariũ:⁊ remouens obiectiones contra dicentes huic ſermoni.põt enim aliquis dicere q ſi nutrimentum eẽt contrariũ nutribili:oportẽt ut vtrũqz trãſmutaret a ſuo compari :⁊ pateretur ab eo:⁊.q.dicit rndẽdo q nutrimentũ eſt qõ patit a nutribili: non nutribile a nutrimento.nõ enim eſt neceſſe ut ab oi patiente patiatur agens eo mõ quo patiens patit ab eo. lignũ enim patitur a carpentario:ſed carpentarius nõ patit a ligno niſi aliqs vocet illam tranſmutationem que eſt ex ocio ad opatiõez paſſionez: ⁊ forte preponebatur iſte ſermo:ad illud quod vult de diſſolutione iſtius dubitationis:⁊ ad demonſtrãdum illud qõ colloc̃atur de vero in vtroqz iſtoz duoruz ſermonũ oppoſitoz:quoniã qum hoc fuerit ſcitũ de nutrimento ⁊ nutribili.ſ.q nutrimentũ eſt illud qõ trãſmutat in formã nutribilis nõ nutribile in formã nutrimẽti neqz vtrũqz a ſuo compari equaliter.⁊ q ita eſt de nutrimento ⁊ nutribili:ſicut de carpentario ad lignũ: nõ ſicut contraria quoz eadem materia declarabit̃ ſtatim quz nutrimentum dicitur duobus modis. dicit̃ enim de illo qõ adhuc nõ digeritur:neqz trãſmutatur in naturã nutribil ⁊ dicitur etiam de illo qõ digeſtũ eſt ⁊ tranſmutat̃ in nãm nutribilis q cibũ eſſe ſimilem vere dicitur de digeſto:⁊ cõtrarium de indigeſto:⁊ ideo dicit poſt:Inter hoc igit̃ q nutrimentum ⁊c̃.i.⁊ qum nutriens eſt illud qõ alterat nutrimentum in ſubſtantiam ſuam:manifeſtũ eſt q magna differentia eſt inter hoc qõ ſit nutrimentũ: ⁊ inter hoc qõ copulatum eſt cũ nutribili apud complementuz digeſtionis ⁊ inter illud qõ innatum eſt ut copuleẽ cũ nutribili:ſz nõdum copulatur.D.d.ſi igitur nutrimentum ẽ vtrũqz ⁊c̃.i. ſi igitur hoc nomẽ nutrimentũ dicitur de vtroqz: ſed alterum eoz eſt nutrimentũ in potẽtia qum innatũ eſt digeri ſed tamẽ adhuc nõ digerit̃:altez aũt eſt nutrimentum in actu:⁊ illud ẽ qõ iam digerit̃:vere poſſumus dicere vtrũqz de cibo.ſ.ſimile ⁊ diſſimile ſine aliqua ꝓ̃dictione. hi.n. duo ſermones nõ eſſent cõtrarij niſi hoc nomen nutrimẽtum diceret eodem modo.nutrimentũ.n.nõ digeſtũ ẽ nutrimentũ in potentia:qõ vere põt dici contrariũ.nutriens enim nõ agit in ipſum niſi ſm q eſt ꝓ̃ium.natrimentũ autem digeſtũ poteſt dici ſimile: nõ enim eſt pars nutribilis niſi ſm q ſimile.D.d.quoniã autẽ vtraqz iſtaz duarum ſectaz ⁊c̃.i.manifeſtũ eſt igitur ex hoc ſermone q in ſmo ne vtriuſqz iſtaz duaz ſectaz eſt aliqua pars vera:⁊ aliqua falſa.

Quoniã aũt nihil alitur nõ participans vita.animatum vtiqz eſt corpus qõ alitur inquantum animatum:quare ⁊ alimentũ per ſe aliquid animatum eſt:⁊ nõ ſm accidens.

Et quia nihil nutritur niſi habeat partez in vita:ideo corpus animatum eſt nutribile ſm q animatum:nutrimentuz.n. attribuitur animato nõ accidentaliter.

46 Et quia nihil videtur nutriri niſi communicet in aliqua intentione de quibus dicitur hoc nomen vita: ut declaratum eſt:ideo corpus animatum eſt nutribile ſm q ẽ corpus animatum.nutrimentũ enim nõ attribuitur aiato niſi ſm q habet animam:nõ ſm q eſt corpus. Iſta igitur actio attribuitur anime eſſentialiter nõ accidẽtaliter:⁊ ps ſubſtantia anime cui attribuitur iſta actio nõ eſt niſi virtꝰ que innata eſt habere iſtam actionem.qum igitur cognouerimus hanc actionẽ ꝓprie tũc cognoſcemus ſubſtãtiam iſtius virtutis proprie.

Eſt aũt altez alimento ⁊ augmẽto eſſe. ſm enim q quãtũ aliquod animatũ ẽ augmẽtatiuũ ſm vero q hoc aliqd ⁊ ſubſtãtia alimentum eſt ſaluat enim ſubſtantiã:⁊ vſqz ad hoc ẽ quouſqz alatur.Et generationis aũt femininum eſt: non eius qõ alatur:ſed qualis id quod alitur:iam.n. eſt ipſa ſubſtãtia.generat aũt nihil ipſum ſe ipſũ: ſed ſaluat.

Et eſſe nutrimentum ẽ aliud ab eſſe augmẽtum.eſt aũt nutrimentũ ſm hoc ſubſtantia:quia cõſeruat ſubſtãtiaz nutribilis:qm̃ ſemp nutritur ⁊ eſt agens generat onem:nõ quia ſemp generat ſz qr facit generationẽ nutribilis:illud.n. hz cẽ ⁊ nihil generat ſe:ſed ſe conſeruat.

47 Vult diſtinguere tres actiones nutrimẽti.ſ. nutrire ⁊ augmẽtare ⁊ generare :⁊ dixit:⁊ cẽ nutrimentũ ⁊c̃.i.⁊ aliquid eſſe nutrimentũ aut nutritiuum:aliud eſt ab eſſe augmentatiuum.nutrimentũ enim dicit ſm q ꝓſeruat ſbam rei nutribilis ne corrũpatur.dat.n.ei aliquid loco diſſoluti:⁊ ideo permanet in eſſe dum nutritur:qum ceſſat nutrimentum corrũpitur:eſt vero augmentatiuũ ſm q perficit quantitatẽ nãlem eius qõ diminuit̃ in ꝓncipio ꝓpr̃ neceſſitatem:ſed tacuit hoc:quoniã differentia inter augmentuz ⁊ nutrimentũ eſt manifeſta:ſi forte nõ eſſet diminutio ſcr proris.Et qum diminuit has duas actiões:incepit dicẽ tertiam actionem que eſt generare:⁊ dixit:⁊ eſt agẽs generatõnem ⁊c̃.i.⁊ nutrimentum hz aliã actionẽ a conſeruatione ⁊ augmẽtatione,ſ.generare.D.expoſuit generationẽ:⁊ dixit:nõ generationem nutribilis:ſed generationẽ ſimil nutribili.i.in ſpecie.D.d.illud.n.hz eſſe:põt intelligi.i. illud n.quoquo mõ eſt ſuũ eſſe:⁊ cõſeruat generabile ut ꝓmaneat vnũ in ſpẽ:ut ꝓdixim⁹.D.d.⁊ nihil generat ſe:ſz conſeruat ſe.i.⁊ dria inr̃ has duas actiones ẽ q nutrire ẽ cõſeruare ſe:⁊ generare ẽ generare altez: nõ ſe.impoſſibile enim eſt ut aliquid generet ſe.

Quare huiuſmodi anime principium potẽtia eſt poſſibilis ſaluare ſuſcipiens ipſum ſm q eſt huiuſmodi.alimentum autem preparat operationem:vnde priuatum alimento non poteſt eſſe.

Hoc igitur principiuz eſt virtus anime que poteſt conſeruare illud qõ eſt ei ſm omnem diſpoſitionez.⁊ nutrimentũ eſt illud per qõ preparat ad agere:⁊ ideo qum nutrimentũ deficit:impoſſibile eſt vt ſit.

48 Et qum declaratuz eſt q iſte actiones ſunt diuerſe ſm diuerſitatem ſuoz ſinũ:ſz ſubiectum ſit idẽ.ſ.nutrimẽtuz

UVA. BHSC. IyR_012

ꝛ eſt neceſſe ut iſte actiões ſint attribute alicui virture aie ꝛ qum ita ſit:neceſſe eſt ut hoc pncipiū anime .ſ. virtus nutritiua ſit virtus que põt cõſeruare ens in ſua forma ꝑz diſpoſitionem.i.ꝑm aliquã diſpoſitionẽ conſeruationis:ꝛ dixit hoc:quia ſũt alique virtutes que conſeruãt eſſe ꝑm oẽm diſpoſitionẽ:ꝛ omnes partes eius eodẽ modo.ſ.vtutes corpoꝝ celeſtium.D.o.ꝛ nutrimentuz eſt illud per qõ pparat nc̃.i.ꝛ nutrimẽtum eſt inſtrumentũ per qõ facit hãc actionem:ꝛ ideo qum iſta vtus caret nutrimento tũc nõ habet hanc actionẽ:quẽadmodum carpẽtarius quz caret ſerra tũc nõ poteſt ſecare.

Quoniã autẽ ſunt tria: qõ alitur:quo alit:ꝛ alens.alens quidem eſt pma anima.qõ vo alit eſt habẽs hãc.corpus vero quo alit alimentum quoniã aũt a fine appellari oia iuſtũ eſt.finis autem eſt generaſſe quale ipſum.erit vtiqz ꝑma aia generatiuũ quale ipſum.

Sunt igit tria:nutribile:ꝛ p qõ hoc nutritur ꝛ nutritiuũ. nutritiuũ igitur eſt pma aia: nutribile aũt corpus:illud vero p quod nutrit ẽ nutrimentum.ꝛ qz oportet ut oia ſint vocata ex ſuis finibus:ꝛ finis eſt generare ſimile:ideo pma aia eſt generans ſimile.

49 Qum deſcripſit hoc pncipiũ anime:ꝛ deſcripſit nutrimentũ reuerſus ẽ ad diſtinguendũ intentiones iſtorum nominũ que denominãtur a nutrimẽto: dixit: ſunt igitur tria nc̃.i. ꝛ manifeſtũ ẽ per ſe tria eſſe diuerſa ꝑm diuerſitatem rez relatiuaꝝ:quoꝝ vnũ ẽ nutribile: ꝛ ſcõm illud per qõ nutrit:tertiũ aũt eſt nutriens: ꝛ iam declaratũ ẽ ꝙ illud qõ nutrit eſt anima cui attribuitur hec actio:vñ manifeſtum ẽ ꝙ nutriens ẽ anima pma aliaꝝ virtutuz que attribuũtur nutrimẽto:ꝛ intendit hic per pmã priozẽ naturaliter:ꝛ ꝙ nutribile ẽ corpus:ꝛ illud per qõ nutrit ẽ cibus.D.o.ꝛ quia oportet ut oia.i.quia oportet ut omnia appellent ex ſuis finibus: qum hec cauſa finalis ſit digni oz eſſentie rei omnibus cauſis:neceſſe eſt ut anima nutriti ua deſcribaꝛ per actionem que ẽ ſuus finis:ꝛ ẽ generare ſimile nõ per actionem nutriẽdi:que ẽ conſeruare: ut prędixímus.Dicendũ ẽ igitur ꝙ anima nutritiua eſt vtus que ẽ innata generare a cibo ſibi ſimile indiuiduo in quo exiſtit in ſpecie:qũ oẽs ſue actiones nõ ſũt niſi ꝓpter hanc vtutẽ ꝛ hoc manifeſtũ eſt in plantis ꝛ in aialibus.

Eſt autez quo alit dupliciter ſicut ꝛ quo gubernaꝛ ꝛ manꝰ ꝛ temo:hoc quidẽ mouẽs ꝛ motum:illud aũt mouens ſolũ.omne aũt alimẽtum eſt neceſſariũ decoqui:operaꝛ aũt decoctionẽ calidum:vnde oẽ animatũ habet calorem.figuraliter quidẽ igit alimentũ quid ſit dictũ eſt:certificãdum aũt de ipſo poſterius in ꝓpꝛijs rõnibus.

Et illud p qõ nutrit eſt duplex:quẽadmodũ illud per qõ gubernaꝛ nauis ꝛ manus ꝛ remus quoꝝ vnũ eſt motor ꝛ motũ:ꝛ aliud eſt mouens tm̃:ꝛ neceſſe eſt ut oẽ nutrimentũ poſſit digeri: ꝛ faciens digeſtionem ẽ calidũ:vnde omne aiatuz habet calorem.iam igit diximus ſm deſcriptionem quid ſit cibus:ꝛ poſt exponemus ſermonẽ in eo.

50 Qum demõſtrauit modos actionis anime nutritiue ꝛ deſcripſit eaz:ꝛ deſcripſit nutrimentũ : incepit declarare modo inſtrumentũ primũ p qõ iſta anima agit in cibum iam.n.fuit dictum vniuerſaliter ꝙ diffinitio anime ẽ perfectio corporis organici:ꝛ dixit:illud p quod nutrit nc̃.i.ꝛ illud per qõ cõpletur actio nutrimenti eſt duplex.ſ.primuz mouens qõ nõ mouetur qũ mouet:ꝛ primũ mouẽs quod mouet ꝛ mouetur:ꝛ ẽ illud qõ eſt de primo motore.q.ſẽiectum:ꝛ primuſ motor de eo ãſi forma.ꝛ de hoc qõ dixit quedam declarauit hic:ꝛ quedã in ſermonibus vniuerſalibus.qõ igitur declaratũ eſt hic: ẽ ꝙ anima nutritiua eſt primũ mouẽs in cibo:ꝛ ꝙ agit in cibo per calorẽ per quez fit digeſtio.vtꝝ aũt oportet ut moueat ꝛ non moueat ꝑm ꝙ eſt primũ mouẽs:ꝛ ꝙ calor moueat ita ꝙ moueat a primo motore:hoc declaratũ ẽ in ſermonibus vniuerſalibuſ Declaratũ ẽ.n.illic ꝙ omnis primus motor ſi fuerit corporalis cõponit ex motore nõ moto: ꝛ ex motore moto ꝑm ꝙ cõponũtur res ex materia ꝛ forma.Sed ẽ dubitatio in hoc qõ dixit:motus.n.virtutis nutritiue eſt in caplo alterationis:ꝛ illud qõ mouetur ex ſe qõ cõponitur ex motore nõ moto:ꝛ ex motore moto nõ inuenitur niſi in motu locali.in motu aũt alterationis nõ inuenitur motũ ex ſe. nõ enim eſt neceſſe ꝙ primũ alteraſ corporeũ alteret:ꝛ tũc alteret ſicut eſt neceſſe in primo motore corporeo.ſ. ut nõ moueat in loco niſi moueatur.quomodo igit dixit hic ꝙ alterꝝ eoꝝ eſt mouẽs ꝛ motũ:ꝛ alterꝝ mouẽs tm̃. ꝛ dedit exemplũ de rebus mouentib⁹ in loco.ꝛ ſi hic eſſet locutuſ de motu locali animaliuz:tũc exẽplum eſſet verꝝ. Dicam⁹ igitur quoniam ꝓpinquũ alterãs cibũ debet eſſe corpus manifeſtũ eſt qm̃ vero corpus alterãs nõ ſufficit in eſſendo primũ mouẽs iſtud motũ declaratũ eſt prius qm̃ dixit ꝙ calor nõ ſufficit in agẽdo actionẽ alteratiuã terminataz niſi ſit illic alia virtus que nõ eſt corpus:ſed ẽ in corpe.corpus igitur qõ eſt primũ alterans cõponit ex alterante qõ nõ alteraſ.ſ.anima:ꝛ ex alterãte alterato.ſ.calore naturali.declaratũ eſt igit ꝙ illud per qõ fit nutrimentũ ẽ duplex ſ.alterans nõ alteratum.oẽ.n.alteratũ eſt corpus: ꝛ iſtud eſt anima:ꝛ ẽ alterans alteratuz.ſ.calor naturalis.hoc igit nomẽ motus large:ꝛ vniuerſaliter accipit in hoc loco:ꝛ ꝑz hanc expoſitionẽ nõ indiget illo qõ declaratũ ẽ in illo ſermone.ſ.ꝙ primus motor in loco cõponit ex motore non moto:ꝛ ex motore moto.ꝛ poſſumus dicere ꝙ calor naturalis nõ alterat cibũ niſi primo moueat in loco.declaratũ ẽ.n.ꝙ motus localis añcedit ceteros mot⁹: ꝛ maxime iſtũ motũ qui eſt terminatus.ſ.qui alterat rem in alia horaꝛ alia nõ:ꝛ etiam nõ alterat tm̃ ſed attrahit ꝛ expellit cibuz ꝛ hoc ẽ motus localis.ꝛ ꝑm hanc expoſitionẽ erit diſpoſitio manifeſta.ſed prima expoſitio videt magis cõueniens ꝛ etiã fuit exemplũ largiter acceptũ.man⁹.n.nõ ẽ pm⁹ motor nauis qui nõ mouet:ſed ipſe gubernator. Et qum declarauit ꝙ anima nutritiua ẽ forma in corpore qum ꝓpinquum alterãs corpus qõ ẽ cib⁹ neceſſario oz eẽ corpus:ꝛ ꝙ forma ſit alterãs nõ alterata qũ ſit nõ corp⁹:ꝛ ꝙ corp⁹ alterans ẽ alteratũ:incepit declarare qd ẽ hoc corpus:ꝛ dixit: ꝛ oportet neceſſario ut oẽ nutrimentũ nc̃.i. ꝛ oportet neceſſario ut oẽ nutrimentũ qõ iam ẽ nutrimẽtũ in actu digeraꝛ p corpus alterãs qõ ẽ inſtr̃m anime nutritiue. ꝛ cuz hoc corpus debet eẽ alterãs ꝛ digerẽs:ꝛ tale ẽ corp⁹ calidũ vñ antiqui dixerũt ꝙ ignis nutrit:oz neceſſario ut oẽ hñs aiam nutritiuã habeat calorẽ:ſz nõ abſolute: ũno calorez nãlem.declaratũ ẽ.n.in q̃rto metheororꝝ ꝙ illud qõ facit digeſtionẽ ẽ calor ꝓuenies illi enti nõ extraneꝰ.D.o.iã igit diximus ſm deſcriptionẽ.i.vniuerſalit ꝛ largiter nc̃.i.ꝛ cõplementũ ꝑmonis in vnaquaqz pte eoꝝ ex quib⁹ ꝓſtituit nutrimentũ exponendũ ẽ poſt in loco ꝓuenienti:ꝛ dixit h: qz ꝑmo de nutrimẽto ꝛ augmẽto nõ pficit niſi in pluribus libꝛis.in libꝛo.n.de generatiõe ꝛ corruptiõe determinatus ẽ motꝰ augmẽti ꝛ diminutiõis.in metheorꝛis aũt determinati ſũt modi caloꝝ ꝛ modi actionũ:ut decoqui ꝛ aſſari. ꝛ in hoc libꝛo etiã declaratus ẽ primo motor in iſtis motibus.ꝛ in libꝛo etiã de animalibus determinatũ eſt q̃t ſunt inſtrumẽta iſtius vtutis in vnoquoqz animali:ꝛ quõ completur actio per ipſaz in vnoquoqz eoꝝ:ꝛ per quot membꝛa:ꝛ quomodo ſeruiũt illi illa membꝛa : ꝛ q̃lis eſt proportio eorum in iſta actione ad inuicem ꝛ huiuſmodi:

UVA. BHSC. IyR_012

ꝛ ideo dixit ꝙ illud qꝺ ꝺeclaratū eſt hic ꝺe nutrimēto nō eſt niſi primus motor:ꝛ primū inſtrumentum tm̄.

Determinatis aūt bis dicamus cōmuniter de omni ſenſu:ſenſus autē in ipſo moueri ꝛ pati aliquid accidit ſicut dictum eſt.videtur enīz quedam alteratio eſſe. aiūt enim quidam ꝛ ſimile a ſimili pati.hoc autem quomodo poſſibile aut impoſſibile dictum eſt in vniuerſalibus rationibus de agere ꝛ pati.

Et quz iam determinauimus iſta: dicamus iam in omni ſenſu vniuerſaliter. dicamus igiť ꝙ ſentire accidit ſm motū:ꝛ paſſionē ſicut dixim⁹ exiſtimaꝯ enim ꝙ ſimile patitur a ſuo ſimili:ꝛ diſſimile a diſſimili: ꝛ iam dixīmus in ſermonibus vniuerſalibus de agere ꝛ pati quō poſſunt fieri aut nō fieri:ꝛ i hoc loco etiā locuti ſumus de eo.

51 Qum fuit locutus de virtute nutritiua:incepit loqui de ſenſibili:ꝛ primo de illo qꝺ cōmune eſt omnib⁹ ſenſib⁹ ꝛ dixit:dicamus igitur ꝙ ſentire ꝛc̄.i.dicamuſ igitur ꝙ ſentire fit per aliquam paſſionē ꝛ motū in ſenſibus a ſenſibilibus nō per actionem ſenſuū in ſenſibilia:hoc enim ē primum conſideratū de ſenſu.ſ.vtz ſit numeratus in vtutibus actiuis aut paſſiuis.ꝛ qum poſuit ipſum in genere vtutum paſſiuaz ꝺedit cauſam iſtius exiſtimationis:ꝛ dixit ꝛ exiſtimaꝯ enim ꝛc̄.i.ꝛ diximus ꝙ ſenſus fit ſm paſſionē quia exiſtimaꝯ ꝙ ſenſus alteranꝯ a ſenſibilibus aliquo mō alterationis:ꝛ dixit aliqua:ut notet propriuz quia poſt ꝺeclarabitur ꝙ iſta tranſmutatio nō ꝺr̄ alteratio niſi multipliciter.D.o.ꝛ quidam ꝺicūt ꝙ ſimile ꝛc̄.i.ꝛ qum poſuerimus ꝙ genus ſenſus eſt paſſio:conſiderandū eſt in quibuſ exiſtimaꝯ paſſio.quidam.n.ꝺicūt ſimile pati a ſuo ſimili:ꝛ quidā econtrario .ſ.ꝙ cōtrariū patiť a ſuo cōtrario.ꝛ intē debat hic per ſermones vniuerſales libz ꝺe generatione ꝛ corruptione:ꝛ nō ſufficit ei quod ꝺeclaratū fuit in illo libro:quia ſermo hic videť magis propriuſ.ſubiectum enīz ꝺe quo loquiť hic magis ꝓpriū eſt ſubiecto ꝺe quo loq̄batur illic:ꝛ primo incepit ꝺare ꝺubitationem in ꝺ quod poſuit ꝙ ſenſus ē ꝺe vtutib⁹ paſſiuis nō actiuis.

Habet aūt ꝺubitationem ꝓpter qd ſenſuuz ipſoz nō ſit ſenſus:ꝛ quare ſine bis que ſunt extra nō faciūt ſenſuz in exiſtēte igne:ꝛ terra ꝛ aliis elementis quoz eſt ſenſus per ſe:aut ſm accidētia bis.manifeſtū igiť ꝙ nō eſt actu ſed potentia tm̄:vnde nō ſentiunt ſicut combuſtibile nō comburitur ipſum a ſe ipſo ſine cōbuſtiuo: ꝓbureret enim ſe ipſum ꝛ nihil indigeret actu ignem eſſe.

Sed ē irrationabile quia ſenſus nō ſentiunt ſe:ꝛ quia etiam nullus ſenſus agit abſqz extrinſeco:ꝛ in eis ſūt ignis ꝛ terra ꝛ alia elemēta:ꝛ ſunt illa que comprehendūtur a ſenſu p ſe: ꝛ accidentia contingentia eis.dicamus igitur ꝙ ſenſus nō eſt in actu ſed tm̄ in potentia:ꝛ ideo ſentim⁹: quē admodū combuſtibile nō comburiť a ſe abſqz comburente:ꝛ ſi hoc non eſſet combureret ſe: et nō indigeret ꝙ ignis eſſet in actu.

52 Qum poſuit ſenſuz ē ꝺe virtutibus paſſiuis: incepit ꝺubitare ꝺubitationē cogentē ut ſit ꝺe paſſiuis nō ꝺe actiuis:ꝛ hoc ſi nō intendit per exiſtimatimationem certificationem.multotiens.n.vtitur exiſtimatione ꝓ certitudine ꝛ dixit:ſed eſt irrationabile:quare ſenſus nō ſentiūt ſe.i.ut mihi videtur:ſed eſt irrationabile qum poſuerimuſ ꝙ virtutes ſenſitiue ſunt actiue ꝺicere:quare ſenſus nō ſentiunt ex ſe abſqz extrinſeco.neceſſe.n.eſt ſi virtutes ſenſus eſſēt actiue ut ſentirent ex ſe:ꝛ nō ut indigerent in ſentire aliq̄ extrinſeco.D.o.ꝛ ex eis eſt ignis ꝛ terra:ꝛ alia elemēta.i.ꝛ ſenſuuz quidam attribuitur in ſua cōpoſitiōe vnicuiqꝫ de mentoꝝ:ꝛ iſta ſunt ſenſibilia:oportet igiť ut ſentirent ſe:ꝛ hoc intēdebat qum ꝺixit:ꝛ accidētia cōtingētia eis.i.cōtingentia iſtis ſenſibus ex quibus cōponūtur inſtrumēta iſtorum ſenſuum.ꝛ qum narrauit ꝙ eſt irrationabile ꝺicere: quare ſenſus nō ſentiūt abſqz extrinſecis ſi poſuerim⁹ ſenſus eſſe ex vtutibus actiuſ:incepit narrare modū ſm quē erit reſponſio huic queſtiōi:ꝛ ꝺixit:ꝺicamus igiť ꝙ ſenſus nō eſt in actu ſed in potētia ꝛc̄.i.ꝺicamus igiť in reſpondēdo ꝙ ſenſus nō eſt ex virtutibus actiuis q̄ agūt,ex ſe abſqz eo ꝙ indigeant in actione que ꝓuenit ab eis motore extrinſeco:ſed quia ſūt ex virtutibus paſſiuis que indigēt motore extrinſeco:ꝛ ideo nō ſentiūt ex ſe:quēadmodū cōbuſtibile nō comburitur ex ſe abſqz motore extrinſeco.ſ. igne ꝛ quemadmodū combuſtibile ſi eſſet cōbuſtibile ex ſe tūc poſſibile eſſet ut cōbureretur ſine igne extrinſeco exiſtente in actu:ſic ſenſus ſi ſentirēt ex ſe ſm ꝙ ſunt vtutes actiue: tunc poſſibile eſſet ut ſentirēt abſqz extrinſeco.ꝛ ꝺebes ſcire ꝙ hec eſt prima ꝺifferentia qua virtuteſ anime ꝺifferūt ab inuicem:ꝛ eſt principium cōſiderationis ꝺe intellectu ꝛ ꝺe alijs virtutibus.virtus aūt nutritiua manifeſtum eſt ex predictis ꝙ eſt ex virtutibus actiuis.

Quoniaz aūt ſentire ꝺicimus ꝺupliciter.potentia.n. audiens ꝛ videns:audire ꝛ videre ꝺicimus:ꝛ ſi forte ꝺormiens ꝛ qꝺ iam operās:ꝺupliciter vtiqꝫ ꝺiciť ꝛ ſenſus: hic quiꝺē ſicut potētia ille autē ſicut actu:ſimiliter aūt ꝛ ſentire quodqꝫ potentia ens:ꝛ quod actu.

Et quia ꝺicere ꝙ aliquid ſentit eſt ꝺuobus modis.quod eni in potētia audit ꝛ videt:ꝺicim⁹ ipſum audire ꝛ videre:lz ſit ꝺormiēs: ꝛ illud qꝺ ꝓuenit ad actuz ꝺicimus in eo hoc:vnde ſenſus ꝺicitur potentia ꝛ actu:ꝛ ſimiliter etiam ſentire ē potentia:ꝛ eſt actu.

53 Qum ꝺeclarauit ꝙ ſenſus eſt ex virtutibus paſſiuis nō actiuis:ꝛ iſta habent ꝺuplex eſſe.ſ.eſſe in potentia antequam virtutes eius perficiantur a motore extrinſeco: ꝛ eſſe in actu quado fuerint perfecte ꝛ inuente in actu a motore extrinſeco:incepit ꝺeclarare ꝙ hec ꝺuo contingūt virtutibus anime:ꝛ ꝺixit:quia ꝺicere ꝙ aliquid ſentit ꝛc̄.i.ꝛ quia manifeſtum eſt per ſe ꝙ ꝺicere ꝙ aliquid ſentit ē ꝺuobus modis.quoꝝ vnus eſt qum ꝺixerimus in aliquo audienti ꝛ videnti in potentia qꝺ audit ꝛ videt:ut ꝺicim⁹ ꝺe ꝺormiente:ꝛ hoc intendebat qum ꝺixit:quod enim audit ꝛ videt ꝛc̄.i.qꝺ enim eſt in potentia propinqua audiens ꝛ videns:ꝺicitur ſm conſuetudinem audiens ꝛ videns:lz ſit ꝺormiens qui eſt magis remotus omnibus modis potentie:quod enim eſt in obſcuro eſt videns in potentia:lz iſta potentia eſt propinquior actui q̄ potentia que eſt in viſu ꝺormiētis.D.o.ꝛ quod ꝓuenit ad agere ꝺicimus i eo hoc ideſt ꝛ illud quod peruenit ꝺe rebus ſenſibilib⁹ vt videat ꝛ audiat ꝛ vniuerſaliter ſentiat: ꝺicitur qꝺ audit ꝛ videt ꝛ vniuerſaliter ſentit.ꝛ qum ꝺeclarauit ꝙ hoc nomen ſenſus ꝺicitur ꝺe vtraqꝫ intentione:ꝺixit:ꝛ oportet ut ſentire etiam ꝺicatur ꝺuobus modis ꝺe potentia ꝛ actu ꝛc̄.i. ꝛ ſimiliter oportet ut ſentire quod eſt actio ſenſus ꝺicať etiaz ꝺuobus modis:ſicut ꝺe habitu ꝛ forma ex quibus proꝺenit ſentire.

Primū igiť quidem tanqꝫ iḋē ſit pati ꝛ moueri:ꝛ agere:ꝛ mouere ꝺicimus:ꝛ nanqꝫ motus eſt actus quidam impfectus tamē ſicut in alteris ꝺictum eſt.omnia aūt patiunť ꝛ mouenť ab actuo:ꝛ actu ente:vnde eſt qḋē tanqꝫ a ſimili pati.ē autem ut a diſſimili:ſicut ꝺiximus.patiť quidem enim qꝺ diſſimile:paſſum aūt ſimile eſt.

Sermo igitur noſter primo non eſt ſm ꝙ pati ꝛ moueri eſt idem cum agere ꝛ mouere.

UVA. BHSC. IyR_012

motus enim est alia actio sed non perfecta: ut dictum ē in alijs locis: ⁊ oē qđ patit ⁊ mouetur nō patitur ⁊ mouetur nisi ab aliquo agēte i actu ⁊ ideo pati quandoqz est a simili: quandoqz a dissimili. ⁊ fm q dixim⁹ dissimile est illud qđ patitur: ⁊ postqz patitur fit simile.

54 Qum declarauit sensuz esse ex virtutibus passiuis: ⁊ q est duobus modis: dixit: sermo igitur noster ⁊c.i. ⁊ magna differēcia est inter sermonē de sensu opinādo in eo q est virtus passiua: ⁊ sermonē de eo opinādo q ē vtus actiua. sermo enim de aliquo fm q opinamur eo q suuz esse est pati ⁊ moueri: ali⁹ est a sermone in eo fm q opinamur q suū esse ē agere ⁊ mouere. ⁊ quz narrauit hoc dedit differentiam inter vtrūqz esse: ⁊ dixit: motus. n. est aliq actio sed nō perfecta. i. ⁊ hec duo genera essendi sunt diuersa. eē enim vnius generis est de genere esse motus: ⁊ iam declaratum est q motus est actio non perfecta: est enim pfectio alicuius existentis in potētia fm q est in potētia: esse autez alterius generis est actio perfecta. D. dedit aliā differēciaz inter vtrūqz esse: ⁊ dixit: ⁊ omne qđ patit ⁊ mouet ⁊c. i. ⁊ differūt etiam: qm̄ omne numeratū in genere passiōis nō habet esse nisi ab aliquo. s. agente: ⁊ ideo si agēs nō fuerit hoc nō erit. omne. n. numeratū in genere actionis hz eē ex se: nō ex alio. D. o. ⁊ ideo pati quandoq est a⁹ simili ⁊c. i. ⁊ quia esse vtutū passiuaz est admistū ex potētia ⁊ actu. passiuū enim anteq patiat est contrariū agenti: ⁊ qum passio completur ex simile agenti: ⁊ oū patitur est admistū est simili ⁊ cōtrario: nō enim cessat oū mouetur cozrūpi in eo pars contrarij ⁊ fieri pars similis. ⁊ manifestū est q q̄ nō intellexerit vtutes passiuas in tali esse nō poterit dissolue re predictam questionem: neq etiam qui nō concesserit q virtutes sensus sunt de virtutibus passiuis. potest etiā dicere: vtz sensibile sit simile: aut cōtrariū: ⁊ hoc est fundamentum: ⁊ oportet ut pseruetur sicut diximus in alijs virtutibus anime: ⁊ maxime in vtute rationabili: sicut apparebit post.

Dicendū aūt de potētia ⁊ de actu: nūc enizs simplr dicimus q̄ habem⁹ de ipīs. Est quidē. n. sic sciens aliqđ sicut si dicamus hominem: quoniam homo scientium ⁊ habentiū sciētiam. Est autez sicut iam dicimus scientē habentē grāmaticam: vterqz aūt hoz nō eodem mō possibilis est: sed hic quidē quoniā genus huius ⁊ materia est. Ille aūt quia volens possibilis ē considerare nisi aliquid prohibeat exterius.

Et oportet nos determinare etiā potentiam ⁊ perfectionē: quoniā in hoc loco locuti sum⁹ de eis simpliciter. Dicamus q intendim⁹ qum dicimus q aliquid. V. g. homo q ē sciens q homo ē de habentibus scientiam: ⁊ quādoqz dicimus hoc: sicut dicimus de eo qui iam acquisiuit scientiam grāmatice qđ est sciens. sed potentia i vtroqz istoz nō est eodem modo: sed potentia primi ē quia suū genus est tale. secūda autem ē q: qum voluerit potest inspicere dum aliud extrinsecum nō impediat ipsum.

55 Qum declarauit q sensus dicitur duobus modis: potentia. s. ⁊ actu: ⁊ q vtrūqz istoz dicit duobus modis: incepit determinare hoc: ⁊ dixit: ⁊ oportet determinare etiam ⁊c. i. ⁊ oportet nos qum sciuerimus q sensus inuenit duobus modis: potentia. s. ⁊ actu: determinare intentiones de quibus dicitur potentia ⁊ pfectio ⁊ actus simplr: qum in hoc loco nō sumus locuti de eis nisi simpliciter. ⁊ qum dedit causam ꝓpter quā oportet loqui in hoc loco de potentia ⁊ actu simpliciter. s. que existūt in sensu simplr: dixit: dicamus igitur q intendimus ⁊c. i. dicamus igitur q manifestum est q qum diximus q aliquid ē tale in potētia q hoc intendit duobus modis: aut sicut dicimus q homo ē sciens in potētia. i. innatus scire: aut sicut dicimus in sciēte grāmaticam in actu q est sciens in potentia quādo nō vtit sua scientia. ⁊ quz declarauit istos duos modos potētie dedit differentiā inter eos: ⁊ dixit: sed potētia que ē in vtroqz nō est eodem mō ⁊c. i. sed intētio potētie in vtroqz eoz nō est eadē: sed qum dicimus q ignorās ⁊ sciens in potentia: intendimus q genus eius ⁊ materia est receptibile sciētie. ⁊ qum dicimus in sciente grāmaticam q est sciēs in potentia: dicimus q habet potentiā considerādi in grāmatica qum voluerit.

Jam aūt considerās actu ens per se ⁊ ꝓpie sciens hanc lr̄am a. Ambo quidē igit primi fm potentiam sciētes sunt: sed hic quidē p doctrinā alteratus ē: ⁊ multotiens ex ꝓtrario mutatus habitu. hic aūt ex eo qđ habet sensum aut grāmaticam: non agere autē in agere alio modo.

Qui aūt considerat ē in perfectione ⁊ in rei veritate sciens hoc. Illi igit duo primi sūt sciētes in potentia: sed alter eoz qum alterabit p doctrinam ⁊ mutabit multotiēs ex habitu ad dispositionem contrariā. alius aūt quādo mutabit ex habere sensum: aut scientiam grāmatice: se non agit quousqz agat. modus igit eius ē alius.

56 Idest sciens aūt grāmaticam cōsiderādo in ea ē sciēs fm vltimā perfectionem: ⁊ tale dicimus sciens in rei veritate. hoc aūt de quo considerat: nō in eo q scit illud si non cōsiderat actu de eo. D. o. illi igitur duo primi sunt scientes in potētia. s. ignorans ⁊ sciēs qñ nō vtitur sua scientia. D. o. sed alter eoz ⁊c. i. sed alter eoz mutabitur ex potentia in actum: qū alterabitur per doctrinā: ⁊ mutabit multotiēs ex habitu ad dispositionē contrariam ex dispositiōe ꝓpria ad habitum quousqz habitus sit firmus ⁊ fixus. ⁊ intendit pe habitum formā scientie: ⁊ per dispositionē ꝓpriaz ignorantiam. D. o. alter aūt quz mutabitur ex habere sensum aut scientiam grāmatice: sed nō intelligit quousqz patiatur. i. ⁊ alter exit de potentia in actum: ⁊ in vltimā perfectionem quādo mutabitur ex habere sensuz in actu: aut scientiam grāmatice in actu in tempore in quo nō intelligit ab eo quousqz agat ab eo. modus igit istius virtutis ē alius modus.

Non est autem simpliciter: neqz agere: neqz pati: sed aliud quidem corruptio quedam a contrario. aliud autem salus magis eius qđ potētia ab eo qđ est actu ⁊ simili: sic sicut potentia se habet ad actum. Speculans enim sit habens scientiam: quod vere aut nō est alterari: in ipsum enizs additio est ⁊ in actum: aut altez genus alterationis est.

Et passio etiam non est simpliciter: sed quedam est aliqua corruptio a contrario: ⁊ quedam magis videtur esse euasio eius quod est in potētia ab eo qđ est in actu ⁊ est simile. ista igitur ē dispositio eius qđ est in potentia apud perfectiōez nō enim considerat nisi habens scientiam: ⁊ hoc aut non est alteratio: quoniam additio in ipso erit ad perfectionem: aut⁹ aliud est genus perfectionis.

57 Et hoc nomē passio nō significat eandem intentionē simplicem: sed quedam est passio que est corruptio patientis a contrario a quo patitur: ut passio calidi a frigido: ⁊ humidi a sicco. Deinde dixit: ⁊ quedam videtur magis ⁊c. idest etiam est passio que est euasio patientis in potentia ab eo quod est in perfectione ⁊ actu fm q illud quod

UVA. BHSC. IyR_012

est in actu est simile nō ꝑfectum.s.extrahens ipsum a potentia ad actum econuerso dispositioni in prima passione.D.o.ista igitur est dispositio ꝛc̄.i.ꝛ iste vltimus modus passionis est dispositio eius quod est in potētia ex anima apud perfectionem mouentē illud qō est in potentia:ꝛ extrahētem eam im actum nō ſm primum modū passionis.D.o. nō enim cōsiderat ꝛc̄.i.ꝛ iste modus passionis est ex mō q̄ est euasio patientis ab eo qō est in actu mouens ipsuz: nō corruptio eius.nō enim cōsiderat in aliquo postꝙ nō considerabat nisi qui scit illud:ꝛ hec nō est alteratio ſm ꝑmā intētionem que est corruptio patientis.D.o. additio enim in eo est ad perfectionem ꝛc̄.i.ꝛ quia ista transmutatio nō est ex nō esse:sed est additio in trāsmutabili ꝛ ire ad perfectionem absq̄ eo q̄ sit illic corruptio aut mutatio ex non esse ponitur:sicut mutatio ex ignorantia ad scientiam: ꝛ q̄ si intēdit q̄ hoc est magis remotuz a vera alteratione duobus modis.alteratio enim que est euasio patientis est duplex:alteratio.s.de nō esse ad perfectionem:ꝛ alteratio de prima perfectione ad vltimā:ꝛ hec est additio quā innuit .D.o.aut est aliud genus alterationis.i. ꝛ iste modus qui est euasio patientis:aut dicetur alteratio: aut erit aliud genus alterationis.

Unde nō bene habet dicere sapientez quz sapiat alterari:sicut neqz edificatorem quz edificat. In actum quidē igitur ducens ex potētia ente ſm intelligere ꝛ sapere nō doctrinam:sed alteram habere denominationem iustum est. Ex potentia autem ente addiscens ꝛ accipiēs scientiaz ab actu ente ꝛ didasculo: aut neqz pati dicendū sicut dictuz est: aut duos esse modos alterationis ꝛ eam que in priuatiuas dispositiones mutationem:ꝛ eam que in habitꝰ naturam.

Et similiter nō est rectum dicere in eo quod intelligit quando intelligit q̄ alteratur:sicut non dicitur q̄ edificator quz edificat alteraꝛ: qō aūt reuertitur ad perfectionem ab eo qō est in potētia existit in capso intelligendi nō esse rectum vt vocetur disciplina:ſz oportet ponere ei aliud nomen. Qui autem addiscit postꝙ fuit in potentia ꝛ accepit scientiā ab eo qui est in perfectione doctor:oportet aut ut nō dicatur oio pati: aut vt dicatur q̄ alteratio est duplex trāsmutatio.s.ad dispositiones nō esse: ꝛ transmutatio ad habitum ꝛ naturam.

58 Et similiter nō est rectū dicere ī eo qui venit de ignorantia ad scientiā cuius dispositio dicitur disciplina q̄ alteratur:sicut nō dicit hoc ī eo qui mutaꝛ ex hoc q̄ nō operatur ab habitu existente in eo in actu ad hoc ut agat ab eo:vt carpentarius qui mutatur a nō carpentari ad carpētari:ꝛ hoc exemplū inuenimus in alia translatione.D.o.q̄ autem reuertitur ad perfectionem ꝛc̄.i.qui aūt acquirit ꝑfectionem de scientia post potentiam ſm reuersionē ad illud qō iam acquisierat primo.D.amisit ipsum:non debet dici illo nomine quo dicitur ille qui est in potentia primo semper ꝛ nunq̄ lucratus fuit illud qō dicitur disciplina: ſz iste modus debet habere aliud nomen:ꝛ iste modus quē innuit dicitur rememoratio:ꝛ dixit hoc: quia Plato opinabatur q̄ disciplina ꝛ rememoratio idē sunt.D.o.q̄ autē addiscit postq̄ fuit in potentia.i.trāsmutatio autē ex ignorantia in scientiam a doctore qui est sciēs in perfectiōe ꝛ ī actu:necesse est:aut ꝺt nō vocet alteratio:aut vt dicaꝛ q̄ alteratio est duobus modis:quoꝝ vnus ē trāsmutatio que fit in dispositionibus nō esse in patienti ab agente. ꝛ alius est transmutatio que fit in dispositiōe habitus ꝛ forme existentis in patiente ab agente:ꝛ ista est passio que est corruptio patientis:nō euasio:ꝛ hoc est illud qō dixit ante: aut est aliud genus alterationis.

Sensitiui aūt prima quidē mutatio fit a generante.qum aūt generatū est habet iam sicut scientiam ꝛ sentire quod aūt ſm actum similiter dꝰ ipsi confirmare. Differt aūt quoniaz huiusmodi actiua operationis extra sunt visibile ꝛ audibile similiter autem ꝛ reliqua sensibilium.

Et prima transmutatio sentientis est a generante:ita q̄ qum fuerit generatū statim sentiet: ꝛ sentire etiam sicut scientia est:ꝛ qō est in actu est simile considerationi:sed tamē differūt q̄ agentia in hoc sunt extrinseca:vt visum ꝛ auditū:ꝛ similiꝫ alia sensibilia.

59 Et prima transmutatio sentientis que est similis trāsmutationis hominis de ignorātia ad scientia per doctorē est trasmutatio que fit ꝑ agens generās animal nō a sensibilibus.ꝛ innuit differentiam inter primā perfectionem factam in sensu ꝛ vltimā.opinatur enīz q̄ prima pfectio sensus fit ab intelligentia agente:ut declaratur in libro de animalibus.secūda aūt perfectio fit a sensibilibus.D.o.ita q̄ qū fuerit factū ꝛc̄.i.ita q̄ quz prima vtus fuerit facta statiz sentiet nisi aliquid impediat:aut sensibilia nō sint ꝑsentia: ꝛ hoc ē simile scientie que ē in sciente qui nō vtit scientia. D.o.ꝛ sentire est sicut scire.i.ꝛ vltima perfectio sensus q̄ ē cōprehendere sensibilia in actu:ꝛ considerare in eis simile est vti scientia ꝛ cōsideratione.D.o.ꝛ qō est in actu est sile ad considerare.i.sentire in actu simile est ad considerare ꝛ scire.D.o.sed differūt ꝛc̄.i.sed prima perfectio sensus differt a scientia scientis que ē in actu:quādo nō cōsiderat in hoc qō mouens primā pfectionē in sensu:ꝛ extrahens eaz in secundā sunt extrinseca sensata:vt visibilia ꝛ mouēs scientem de prima perfectione in secūdam est aliquid copulatum cū anima copulatione in esse.

Causa autem est quoniā singulariū quidem ſm actum sensus.scientia aūt est vniuersaliū:hec enim in ipsa quodāmodo sunt anima.vnde intelligere quidem est in ipsa qum velit:sentire autem nō est in ipsa:necessariū est aūt esse sensibile.similiter autem ꝛ hoc se habet in scientijs sensibiliuz ꝛ ꝓpter candē causam quia sensibiliū singulariū sunt ꝛ exterioꝝ.sed de his quidē certificare tempus fiet ꝛ in rursum.

Et causa in hoc est q̄ sensus in actu compie hendit particularia:scientia autem vniuersalia q̄ si essent in ipsa aīa:ꝛ ideo hō potest itelligere qū voluerit:sed nō sentire:quia indiget sensato:ꝛ ista dispositio est etiam in scientia sensibiliū.ista.n.cā ē causa eoꝝ.s.q̄ sensibilia sunt ex rebus pticulari bus extrinsecis: sed loqui de istis est exponere ea erit post ꝛ habet horam.

60 Idest ꝛ causa huius diuersitatis inter sensum ꝛ intellectum in acquirendo vltimā perfectionē est in hoc q̄ motor est in sensu extrinsecus ꝛ in intellectu intrinsecus est:qz sensus in actu nō mouetur nisi motu qui dicitur comprehensio a rebus particularibus sensibilibus: ꝛ isti sunt extra animā.intellectus aūt mouetur ad vltimā perfectionē a rebus vniuersalibꝰ:ꝛ iste sunt in anima:ꝛ dixit:ꝛ ista ōsi sunt in anima:quia post declarabit q̄ ea que sunt de ꝑma perfectione in intellectu sunt quasi sensibilia de prima perfectione in sensu.s.in hoc q̄ ambo mouent sunt intentiōes imaginabiles:ꝛ iste sunt vniuersales potentia:lz nō actu:ꝛ ideo dixit:ꝛ iste quasi sunt in anima: ꝛ nō dixit sunt: quia intentio vniuersalis alia est ab intentione imaginata .D. o.ideo potest homo itelligere ꝛc̄.i.ꝛ quia mouentia virtutem rationalem sunt intra animam:ꝛ habita a nobis semper in actu:ideo homo potest ꝓsiderare in eis qū voluerit

UVA. BHSC. IyR_012

ꝛ hoc dicitur formare ꝛ nō potest sentire quꝫ voluerit: qꝛ indiget necessario sensibilib' que sūt extra animā .D.o.ꝛ ista dispositio est etiam ꝛc̄.i.ꝛ ista dispositio est etiaꝫ in nobis in scientia sensibiliuꝫ:ꝛ nos dicimus ab eis qꝛ existūt in sensibus ꝛ cā inesse istius dispositionis in nobis in sciē-tia sensibilium est eadem causa inesse istoꝝ in ipsis sensibi libus. ꝛ similiter ē intelligendū ꝙ dispositio existens i no-bis in sciētia vniuersaliū est in nobis qꝛ ē in virtute rōnali ꝛ ꝙ cā ꝙ sum' p illā hoc mō ē cā qua ipa est illo mō:ſꝫ qꝛ sermo in intellectu nō est hic manifestus trāsmisit nos ad aliud tempus:ꝛ dixit:sed sermo de istis rebus.i.de intelle ctu.ꝛ potest aliquis dicere ꝙ sensibilia nō mouent sensus illo modo quo existūt extra animā:mouenſ.n. sensus fm ꝙ sunt intentiones:qum in materia nō sint intentiones in actu:sed in potēcia:ꝛ nō potest aliquis dicere ꝙ ista diuer sitas accidit per diuersitatem subiecti:ita ꝙ fiant intēciōes ꝓpter materiam spiritualem que ē sensus nō ꝓpter mo torem extrinsecum. melius ē enim existimare ꝙ causa i di uersitate materie ē diuersitas formaꝝ:nō ꝙ diuersitaſ ma terie sit causa diuersitatis formaꝝ. ꝛ qum ita sit necesse ē ponere motorem extrinsecū in sensibus animalium a sen-sibilibus:sicut fuit necesse in intellectu.visum ē igit ꝙ si cō cesserimus ꝙ diuersitas formaꝝ est causa diuersitatis ma terie:ꝙ necesse erit motorem extrinsecum esse. sed Aris. tacuit hoc in sensu:quia latet ꝛ apparet in intellectu. ꝛ tu debes hoc considerare:qm̄ indiget perscrutatione.

Nūc autem tm̄ sit diffinitū quoniā quꝫ non simpliciter sit qđ potentia dicitur:sed:aliud qdē sicut si dicamus pueꝝ posse militare: aliud autē sicut in etate existentem:sic habet sensitiuum.

Nūc autem intantū determinet:quoniā illō quod dicitur esse in potentia nō est simplicit:sed de quodam dicitur sicut dr̄ ꝙ puer pōt gubernare exercitum:ꝛ de quodā dicit: sicut dicit de ex-perimento:ꝛ sīlr est de sensu.

61 Idest sūma eius qđ declaratū est ex hoc sermōe: ꝛ in boc loco hec est:ꝛ intendit per simpliciter vnā intentionē ꝛ dixit ꝙ illud qđ ē in potentia nō est vna intētio: sed plu res:ꝛ.o.sed quedam dicit ꝛc̄.i. sed quidam sensus dicit eē in potentia:sicut dicitur ꝙ puer pōt gubernare exercitum ꝛ ista ē potentia prima remota:ex qua qum fit trāsmuta-tio ad propinquam potentiam fit p generās nō p sensibi-lia:ꝛ ē similis potentie ignorantis ad scientiam. D.o. ꝛ de quodaꝫ dicitur sicut dicitur de experimēto, ꝛ similiter est ō sensu.ꝛ intendit potentiam q̄ ē prima pfectio sensus: ꝛ ē illa ex qua fit transmutatio ad vltimā pfectionem p ipsa sensibilia:ꝛ ē similis scienti quando nō vtitur sua scientia ꝛ intendit per omnia ista declarare ꝙ potēcia sensus q̄ re-cipit sensibilia nō est pura preparatio : sicut preparatio q̄ est in puero ad recipiendū scientiam:ꝛ ꝙ est aliquis actus sicut habens habitū qñ nō vtitur suo habitu.

Quoniā aūt innominata ē ipsoꝝ differentia determinatū est autem quoniā altera ꝛ quō alte ra.vti aūt necesse ē ipso pati ꝛ alterari tanq̄ꝫ pro prijs nominibus.sensitiuū aūt potētia est quale sensibile iam actu sicut dictum ē.patit autem nō simile ens:passum aūt assimilatum est:ꝛ est qua-le illud.

Sed qꝛ differētie eoꝝ nō sūt nominate: ꝛ iā determinauim' de eis ꝙ sunt diuerse: ꝛ quō ne-cesse est nobis vti passione ꝛ alteratiōe sicut res vere:ꝛ sentiēs in potētia ē sicut sensatū in pfectio ne:fm ꝙ diximus.patit.n.dū nō est simile: ꝛ qū patitur assimilatur.

62 Idest sed quia differentie potentie ꝛ transmutatiōis existentium in anima sensibili ꝛ in rebus animatis nō ha bent nomina ꝓpria.ꝛ iam declarauimus ea esse diuersa. ꝛ declarauimus modū fm quem diuersantur. visum ē no bis ꝙ necesse est inquantū ista intentio quā determinaui-mus de anima nō habet nomen ꝓpium dare ei nomen passionis ꝛ alterationis:que ē subiectū rez veraꝝ.hoc.n. nō nocet qum iam determinauimus intentioneꝫ fm quā diuersant:ꝛ dixit:necesse est nobis quia ista intentio caret nomine apud vulgus:ꝛ transsūptio nominis vsitati apud vulgus ē facilioꝛ ꝙ fingere aliud nomen. Et qum hoc fue rit declaratum de sentiente:incepit describere eum simplr ꝛ dixit:ꝛ sentiens est in potentia sicut sensatuꝫ in perfectio ne.i. manifestū est igitur ex hoc quod diximus ꝙ sentiens simpliciter est illud qđ est in potentia ad intentionē quam determinauimus de potentia p intentionē rei sensibilis in pfectione.i.illud quod innatum est pfici per intentionem rez sensibilium nō p ipsas res sensibiles.ꝛ si nō: tūc eē co loris in visu ꝛ in corpore esset idem.ꝛ si ita esset: tūc eē eiꝰ in visu nō esset comprehensio:ꝛ ideo dixit:est illud qđ est in potentia:sicut sensatū in perfectiōe.ꝛ nō dixit: illud qđ est in potēcia sensatum:quoniā si ita esset idem esset eē co-loris visu ꝛ in sua materia. D.o. patitur igitur dū nō est si mile:ꝛ qum patitur assimilatur ꝛc̄.i.ꝛ cōtingit ei illud qđ contingit omnibus alterabilibus:ut declaratū est in fmo ne vniuersali:ꝛ est ꝙ patitur a sensibili dum nō est simile ei:ꝛ qum passio perficit:tūc erit simile.

Dicendū aūt fm vnūquēqꝫ sensum de sensi bilibus primo. Dicitur aūt sensibile tripliciter: quoꝝ duo quidem dicimus per se sentiri: vnum aūt fm accidēs:duoꝝ autem aliud quidē ꝓpriū est vniuscuiusqꝫ sensus: aliud aūt cōmune oium Dico aūt ꝓpium quidem qđ nō ꝓtingit altero sensu sentiri:ꝛ circa qđ nō ꝓtingit errare:vt visus coloris:auditus soni:ꝛ gustus humoris. tactus autem habet plures differentias:sed vnusquisqꝫ iudicat de his:ꝛ nō decipitur visus: quoniaꝫ co lor:neqꝫ auditus:quoniā sonus:sed quid colora tum:aut vbi:aut quid sonās:huiusmodi quidez igitur dicunt ꝓpria vniuscuiusqꝫ.

Et anteqꝫ incipiamus loqui de vnoquoqꝫ sensuum loquamur de sensibilibus. Dicam' igit ꝙ sensibile dicitur tribus modis: quoꝝ duo di-cuntur sentire per se:ꝛ tertius accītaliter: ꝛ alter duoꝝ ꝓprius est vnicuiqꝫ sensuū: ꝛ alter ē cō-munis oibus:ꝛ est ꝓprius quem nō potest alt sensus sentire:ꝛ illud qđ impossibile ē ut ei cōtin gat error. V.g. visus apud colorem: ꝛ auditus apud vocem:ꝛ gustus apud saporem:sensus au tem plures vno modos habet:ſꝫ vnusquisqꝫ co-rum iudicat ista:ꝛ nō errat in colore quis color sit:neqꝫ in voce que vox sit:sed in colorato quid est ꝛ vbi est.ꝛ in audito quid est ꝛ vbi est:qđ igit est tale est ꝓprium.

63 Qum declarauit quid est sensus simpliciter: vult mo do loqui de vnoquoqꝫ sensuum.ꝛ quia iam p̄dixit ꝙ via ad hoc est loqui de ipsis sensibilibus qum sint magis no-ta q̄ sensus:dixit:ꝛ anteqꝫ incipiamus loqui ꝛc̄.i. ꝛ qꝛ ne-cesse est ire ex eis que sunt apud nos magis nota ad ea q̄ sunt magis nota apud naturam: oportet nos loqui prius de ipsis sensibilibus.ꝛ quia sensibilium hec sunt vniuer-salia ꝛ hec ꝓpria:incepit loqui prius de vniuersalibus: ꝛ dixit:dicamus igitur ꝙ sensatum ꝛc̄.i.ꝛ sermo eius in ca-pitulo isto apparet per hoc quod dixit:sensus aūt plures habet modos. Intendit ꝙ sensibilia vniuscuiusqꝫ istoꝝ sensuū plura sunt vno modo:sed vnusquisqꝫ sensuū iudi-cat suū sensatū ꝓpriū ꝛ non errat in eo in maiori parte. Visus enimꝫ nō errat in colore:vtꝝ sit albus:aut niger:neqꝫ

Et etiā si affirmatiua fuerit vera negatiua erit falsa: ⁊ qum ista fuerit vera ⁊ affirmatiua erit falsa: tunc non est verum ut affirmatiua ⁊ negatiua dicantur de eodez insimul: ⁊ rectū est dicere hoc eē ꝓmū subiectū. ⁊ etiā si ille qui existimat quō sunt res ⁊ quomō non sunt contingit ei falsuꝫ: ⁊ qui existimat vtrūqꝫ veridicat: tūc sermo de hoc est ꝙ natura entiū est talis. ⁊ si non veridicat sed verificat magis qꝫ ille qui opinat hac opinione ille qui existimat quomodo sunt entia tunc hoc etiā erit verum ⁊ non verum. ⁊ si omnes falsant equaliter ⁊ non dicunt verum: tunc dicens tale non habet sermonē. dicit enim aliquid ⁊ non dicit aliquid insimul: ⁊ si non existimat aliquid sed si existimatio eius ⁊ non existimatio idem est: in quo igitur differt a plantis.

17 Et qum declaratū est ex istis ꝙ qum affirmatiua fuerit vera negatiua erit falsa non vere dicet ꝙ affirmatiua ⁊ negatiua insimul vere dicent de eodez. Deinde. d. ⁊ videtur dicere hoc ꝓmū subiectū. i. ⁊ dignū est oiuꝫ disputāti cōcedere hoc esse ꝓmū compositū. ſ. ꝙ affirmatiua ⁊ negatiua diuidunt verum ⁊ falsuꝫ: deinde reuersus est ad impossibilia cōtingentia: ⁊. d. ⁊ etiā si ille qui existimat ⁊c̄.i. ⁊ etiā si ille qui existimat ꝙ alterū oppositoꝝ est verum: aut ꝙ hoc est tale: aut non. ⁊ qui existimat vtrūqꝫ verificat necesse est ut natura entiū sit talis dispositionis. ſ. ꝙ ut sint entia ⁊ non entia insimul. Deinde. d. ⁊ si nō veridicat ⁊c̄.i. ⁊ si non veridicat solūmodo ille qui opinat ꝙ affirmatio ⁊ negatio verificent insimul: imo magis veridicat ꝙ ille qui opinat ꝙ affirmatio ⁊ negatio diuidunt verum ⁊ falsum: ⁊ opposita que sunt verū ⁊ non verū veridicant insimul: tūc sermo vniuscuiuslꝫ coꝝ erit ver' ⁊ nō verus ⁊ falsant equaliter ⁊ verificant equaliter: ⁊ qum ita fuerit nulla erit ratio: ⁊ tunc homo erit qnasi planta: ⁊ hoc intēdebat qum. d. ⁊ falsant omnes equaliter ⁊c̄.i. ⁊ si opinati sunt ꝙ omnis affirmatio ⁊ negatio cōgregant: ⁊ ꝙ omnis sermo verificat ⁊ falsificat equaliter: tunc qui opinat nullum habet sermonē. Dicit eni ⁊ nihil dicit. i. profert eni ꝑz nihil dicit: qm̄ si dixerit aliquid non dicit aliquid. D.o. ⁊ si non existimat aliquid ⁊c̄.i. ⁊ si non existimat aliqd esse non aliquid: in quo igit differt a plantis ⁊ ab inanimatis rationale enim non diuiditur ab animatis nisi per comprehensiones ⁊ existimationes terminatas. ſ. hoc esse tale aut non esse tale.

Unde ⁊ maxime manifestuꝫ est quia nullus ita disponit nec alioꝝ nec dicentiū hanc rationē quare nāqꝫ vadit domū ⁊ non quiescit putās ire neqꝫ statim neqꝫ diluculo vadit in puteū aut torrentē si cōtingit: sed videt timens tāqꝫ non similit putās non bonū esse incidere ⁊ bonū: palā ergo quia hic quidē melius existimant: hic autez non melius. si autē hoc in bono ⁊ non bono: necesse est similiter esse ⁊ in alijs: ⁊ hoc quidē hominem hoc autē non hominē: ⁊ hoc quidē dulce: illud autē non dulce putare necesse est. nō eni ex equo omnia querit ⁊ existimat quando eni putās melius aquā bibere ⁊ hominē videre: deide eā qrit qꝫuis oportebat si idem erat. similit hō ⁊ nō hō

UVA. BHSC. IyR_012

sed quod dictum est nullus qui non vidētur:hec quidem timens illa vo non: quare sicut videtur omnes existimāt habere simpliciter:sed nō circa omnia sed circa melius ꝛ deterius. si autez non scientes sed opinantes multomagis curandum vtiqz erit de veritate quēadmodū infirmo existē te qz sano de sanitate. Etenim opinās ad sciente non salubriter disponitur ad veritatem. Ampli⁹ si qzmaxime se omnia sic habent ꝛ non sic:sz magis ꝛ minus:verum est in natura entiū.non enigz vtiqz similiter dicimus duo esse paria ꝛ tria: nec similiter mentitus est qui quatuo: pente opinat⁹ est ꝛ qui mille.si igitur non similiter palam quia alter minus: quare magis verū dicit. si ergo qȯ magis affinius erit vtiqz aliquid verum cuius affiniꝰ quod magis verum ꝛ vtiqz si non est: sed iam aliquid est firmius ꝛ verius ꝛ a ratiōe remoti vtiqz erimus incondita ꝛ prohibente aliquid mente determinare.

Et ex hoc declarabitur ꝙ nullus opinatur hoc neqz de ceteris hominibus neqz de eis qui hoc dicunt.qui enī ambulat: ambulat ꝛ nō stat: ꝙ opinatur quia ambulandū est ꝛ non vadit p vnam viam ad puteū stantem in via:manifestuz ꝙ euitabit ipsum: scit enī ꝙ casus in puteo ꝛ nō casus non est idez: ꝛ existimatio eius non est eadem in malo ꝛ in bono istius.declaratuz est igit ꝙ ipse opinatur ꝙ quoddaz illius est bonum ꝛ quoddā non bonū:ꝛ qum ita sit scit igit ꝙ q̄daz sunt homo ꝛ quedam non homo: ꝛ quedā dulcia ꝛ quedā non dulcia. non enim existimat oia esse idem:neqz equaliter querit in omnibus: sed existimat ꝙ potus aque est melioꝛ ꝛ aspicere homīnē si hoc querit:ꝛ si idē esset necessario homo ꝛ non homo: sed sicut dictum fuit nihil videret nisi ad conseruandū se ab hoc ꝛ non ab hoc.qū igit declaratum est ꝙ cognitio vniuersaliter est in omnibus rebus: ꝛ si non fuerit in omnib' rebus sed est in eo qȯ est bonū ꝛ quod est malum est ens. ꝛ si ista cognitio non fuerit per scientiam sed per existimatōnem:tunc dignius est perscrutari de veritate: quēadmodū apparet infirmū pscrutari de sanitate magis q̄z sanum. existimans enim non est certus in respectu scientis: ꝛ etiaz si omnia in maiori parte sunt sim hāc dispositionē aut sim aliaz: sed maius ꝛ minus sunt de natura entiū:tunc non dicemus ꝙ duo ꝛ tria sunt consimilia impari:ꝛ non est erroꝛ existimantis quatuoꝛ esse quinqz: sicut erroꝛ existimantis ipsuz esse mille.manifestū esti gitur ꝙ erroꝛ alterius est minoꝛ: ergo est maioris veritatis. ꝛ si illud quod ē magis propinquū magis tūc erit aliquid de veritate de quo appropinquaꝭ verum maius: ꝛ si non fuerit illud sed erit magis firmū ꝛ magis verum ꝛ quiescemus ab hoc sermone qui nihil determinat ꝛ impedit intellectum ut terminet aliquid.

18 Qum declarauit impossibilia contingentia dicentibus ꝙ affirmatiua ꝛ negatiua congregant insimul per opiniones eoꝝ in entibus:incepit declarare contingentia eis per operatōnes eoꝝ in mundo:ꝛ.d.ꝛ ex hoc declarabit ꝛc.i. ex hoc qȯ dicam ꝛ ex predictis declarabitur ꝙ nullus opinat hoc neqz ex laicis neqz ex clericis .D.d.qui ambulat ꝛc.i.qui enim videt ꝙ ambulandū est ad aliquid ambulat ꝛ non stat:ꝛ si viderit ꝙ ambulatio operet ꝛ non operet ad illud non ambularet: ꝛ si videret ꝙ ambulatio ꝛ status essent equales non ambularet neqz staret. D.d. ꝛ non iret ꝛc.i. ꝙ si aliquis existimasset ꝙ casus in puteo ꝛ non casus essent idem tunc nullus euitaret se a via in puteū timendo ne caderet in ipsum. Deinde.d.ꝛ existimatō eius in bono ꝛ malo alicuius non est idem.i.ꝛ existimare aliquid esse bonū ꝛ aliquid malū non est idē:qm̄ si essent idem non quereret bonū ꝛ fugeret malū: ꝛ ex hoc appareꝛ ꝙ quedā sunt bona ꝛ quedam mala:non tm̄ in rebus diuersis numeratis sed etiā in partibus eiusdem rei qum fuerint diuersarū virtutū. D.d. ꝛ qum ita sit ꝛc.i.ꝛ qum scientia eius in rebus vtilibus ꝛ inutilibus sit determiata ꝛ non opinant duo contradictoria insimul: sicut debet eē in scientijs speculatiuis.U.g.ꝙ quidā est homo ꝛ quidaz non est homo:non opinari ꝙ omne quod non est homo est homo:ꝛ etiā ꝙ quedā sunt gustabilia dulcia naturaliē ꝛ quedā non dulcia naturaliter in his q̄ sunt sani gustus. D.d.non enī existimatur ꝙ omnia sunt idem ꝛc.i. nullus enī existimat ꝙ omnia sunt idē:ꝛ ideo non equaliter q̄rit hec omnia:sed quedā querit ꝛ quedā non.U.g.ꝙ quz existimauerit ꝙ melius est potare aquā q̄ vinū: tunc queret aquā ꝛ non vinū:ꝛ si viderit ꝙ idem est potandū aquam ꝛ non potandū non queret aquā: ꝛ similiter non equaliē esse aspiciendū ꝛ non aspiciendū aliquē hominē sanatum Deinde.d.ꝛ si essent idez homo ꝛ non homo ꝛc.i. ꝛ si existimare ꝙ homo ꝛ non homo essent idem nō diligerem⁹ quosdā homines ꝛ odiremus alios vel tueremur nos ab alijs:ꝛ non esset differentia apud nos inter amicos ꝛ inimicos.D.d. qum igit declaratū est cognitio ꝛc.i. quz igit declaratū est cognitionē necessariā esse:aut in omnib' rebus:aut bonis:aut malis: manifestum est cognitionē necessariā esse.D.d.ꝛ si ista cognitio fuerit per scientiā ꝛc.i. ꝛ si homo non habuerit de istis rebus nisi existimationez tunc iste homo magis debet perscrutari de veritate sicut infirmus de sanitate:ꝛ intēdebat ꝙ si scimus non habere scientiā de rebus: oporꝛet nos perscrutari ꝛ scire res. ꝛ si videmus ꝙ illud quod habemus de principijs cōsideratiōnis est existimatio tunc magis debemus perscrutari quō accidit nobis ista existimatio in rebus que sunt principia considerationis ꝛ vnde accidunt. D.d.ꝛ si omnia in maiori parte ꝛc.i. ꝛ si aliquis existimauerit ꝙ omnes opiniōes hominis sunt existimationes:tm̄ existimationes diuersant sm magis ꝛ minus in veritate:ꝛ ꝙ magis ꝛ minus sūt de natura entis:est igit aliquid quod est verum in se.D.d.nō enī diximus ꝙ duo ꝛ tria sunt numerus par ꝛc.i.quoniā manifestuz est nobis ꝙ duo est par ꝛ tria impar ꝛ ꝙ non cōueniunt in paritate: ꝛ hoc est de primis cognitionibus necessarijs: ꝛ etiā est manifestū nobis peccatū ꝛ erroꝛem esse maioꝛē q̄ aliud peccatū.non enī equaliter peccat qui existimat quatuoꝛ esse quinqz: ꝛ qui existimat quatuoꝛ eē mille. Deinde.d.si igit erroꝛ eoꝝ ꝛc.i.ꝛ si non equaliē peccat manifestū est ꝙ minus peccat qui opinat quatuoꝛ esse quinqz q̄ alius. Deinde.d.ꝛ si maius est minus tunc erit aliquid de veritate cui est ꝓpinquū verum maius.i.ꝛ si ē aliquid minoris peccati tunc erit aliquid maioris veritatis ꝛ minoris peccati: ꝛ sic necesse est ut sit aliquid verus cui appropinquaꝭ illud quod est maioris veritatis ꝛ minoris falsitatis:ꝛ hoc necesse est: quoniā si aliquid fuerit maioris veritatis q̄ aliud ꝛ minoris falsitatis ꝛ necesse est aliq̄d esse verum simpliciter. D.d.ꝛ si hoc non fuerit erit firmꝰ sicut innuit in scriptura ꝛ sic exponitur: ꝛ si nō fuerit hoc verum simpliciter in cuius respectu dicitur illud quod est magis verum:necesse est aliquod verum esse magis verū q̄ illud in cuius respectu dicitur magis verus: ꝛ hoc procederet in infinitum: aut peruenireꝭ ad aliquod verū simpliciter.i.aut quiescemus ab hoc sermone ꝛc.i.ꝛ qum declaratū est esse aliquod verū simpliciter tunc quiescemus

UVA. BHSC. IyR_012

a sermone ex quo nullum scitum terminatur: ⁊ impedit ut aliquid habeat terminum.

Est autem ⁊ ab eadem opinione Pythagore ratio: ⁊ necesse similiter ipsas ambas aut esse aut non esse: nam sique videnť omnia sunt vera ⁊ apparentia: necesse omnia simul vera ⁊ falsa eē. multi nanq; contraria inuicē existimant ⁊ nō eadem opinantes sibiipsis mentiri putāt: quare necesse idem esse ⁊ non esse: ⁊ si est hoc necesse putata omnia vera esse. opposita nanq; inuicē opinanť mentientes ⁊ verum dicentes: ergo entia si sic se habent verum dicunt omnes. ꝙ quidem igit̄ ab eodē sunt intellectu vtreq; rationes palā Est autez non idē modus omelie ad omnes: hi nanq; persuasione egent: illi vi. quicunq; enim dubitasse existimauerunt: horuz bene curabilis ignorantia: non enim ad orationē sed ad mentē obuiatio est eorū. quicunq; vo orationis causa dicunt horū argutio curatio: ⁊ eius qui in voce oratōnis ⁊ eius que in nominibus. Venit autez dubitantibus hec opinio ex sensibilibus. queqdem eius qō simul contradictiones ⁊ contraria existere videntibus ex eodē facta contraria: ergo si non contingit fieri non ens preexistit. similiter res ambo ens: ut ⁊ Anaxagoras mistum omne in omni ait: ⁊ Democritus eteniz inane ⁊ plenū similiter ēm quācunq; partem preexistere: q̄zuis hoc quidem hoz esse non ens: illud vo ens.

Et sermo Pythagore est de sermonib⁹ eorum qui opinanť hoc ⁊ cogunť ad dicendū res esse aut ꝙ nihil est: qm̄ si omnes existimationes sunt vere necesse est ut omnia sint vera ⁊ falsa insimul. multi eni homines existimant contrariuz eoz que existimant alij: ⁊ opinantur ꝙ qui non opinanť illud quod illi opinanť peccant: necesse est igit̄ ut idem sit ⁊ non sit: ⁊ quz ita sit necesse est ut omnes existimationes sint vere. errantes enz existimāt cōtraria: ⁊ si entia sunt huiusmodi dispositionis tunc verificanť omnes: manifestuz est igitur ꝙ isti sermones ⁊ similes sunt ab vna cognitione ⁊ ars in disputatōe cum omnibus istis non est vna: sed quidā indigēt sufficientia: ⁊ quidam ut coganť in disputatione ad concedendus qui eni existimant hoc propter difficultatem cōprehensionis ⁊ suū errorem in ea: tunc sua ignorantia habebit medicinā. disputatio eni cum eis non erit per verificationē sermonis sed per verificationē rationis. qui autē dicit per verificationē sermonis mediū eoz erit per verificationem sermonis vocis ⁊ nominū. ⁊ ista existimatō accidit de mouentibus se a sensibilibus quibus contingit dicere contradictoria esse ⁊ contraria esse insimul: quia opinabanť ꝙ contraria erant ex vno: ⁊ si impossibile est ut fiat illud quod non est necesse ut res fuerit prius cōmunis ex vtroq; sicut dixit Anaxagoras. dixit etiam ꝙ omne sit admistum cum omni: ⁊ similiter dixit Democritus. talem eni sermonē dixit in parte que est ex vacuo ⁊ pleno: lz hoc sit ens ⁊ hoc non ens.

19 Et Pythagoras est illoz qui opinanť hoc. ſ. ꝙ affirmatiua ⁊ negatiua sunt insimul: ⁊ omnes dicētes hoc cogunť ad dicendū ꝙ res sunt ⁊ ꝙ nihil est: qm̄ qui dicit ꝙ omnis existimatio est vera ⁊ ꝙ res cōsequūtur existimatiōes: cōtinget ei dicere ꝙ res sunt vere ⁊ false insimul. Deinde declarauit hoc ⁊ dixit: multi eni homines ⁊c. i. ⁊ necesse est ut res sint vere ⁊ false si consequunť existimationes: quia multi homines existimant in eodez existimatiōes cōtrarias. ſ. ꝙ vn⁹ existimat qō est affirmatiuū ⁊ alius negatiuū ⁊ alter existimat aliū peccare: ex quo contingit ꝙ idem sit verum ⁊ falsum quia consequit vtranq; existimationem: quapropter necesse est ſm hunc sermonē ut idem sit ens ⁊ non ens: ⁊ hoc intelligat accidere in omni ente. ſ. ꝙ omne ens qō aliqs existimat esse possibile est ut aliqs existimet ipsum non esse. Deinde. d. ⁊ si ita sit necesse est ⁊c. i. ⁊ si negatiuū ⁊ affirmatiuū sunt vera insimul: necesse est ut oēs existimationes sint vere. existimātes eni aliquid esse ⁊ alij qui falsant illā existimationē existimant existimatiōes cōtrarias. Deinde. d. ⁊ si entia sunt huius dispōnis ⁊c. i. ⁊ si entia consequūtur dispositiōes hominū: contingit ut oēs homines vere dicant. D. d. ⁊ manifestum est ꝙ isti sermones ⁊c. i. ⁊ manifestuz ꝙ cognitio ⁊ opinio eoz est vna: lz ars per quaz remouenť ab hac opinione nō est vna. quidam. n. remouenť ab hac opinione per sermones sufficiētes in dissolutione dubitationū quibus accidit eis opinio ⁊ quidā non remouenť per discolitatē: ⁊ ars in hoc est ut cogat ad cōcedendū aliquod positū quousq; videat suus defectus. iste eni non vult cōcedere per rationē intrinsecā quapropter necesse est ut faciant ipsuz concedere violēter per verba. D. d. qui igit̄ existimauerit hoc propter dubitationē ptingentē ei ex debilitate cerebri potest curari ab hac egritudine dissoluendo illam dubitationē. D. d. disputatio est cū istis ⁊c. i. cōtradictio eni contra istos nō erit per institutionē significatiōis dictionū ⁊ vti disputatione cum eis donec verificanť: sed per verificationē intentionis in qua errauerit dissoluēdo illā questionē que accidit eis in illa intentione. D. d. qui autē dixit verificationē sermonis ⁊c. i. sophiste autē fingentes ꝙ res non firmanť nisi p verum sermonē ⁊ querunt a nobis verificare hoc principiū non possumus loqui cū eis in hac questione nisi pus verificemus significatiōes nominū: ⁊ qū cōcesserint ꝙ nomina habent significatiōes proprias tūc possibile erit disputare cum eis: ⁊ hoc fecit ipse in principio istius sermōis ⁊ hoc intendebat qum dixit: ⁊ incipiamus in verificatiōe significatiōis vocis ⁊ nominis. D. d. ⁊ accidit ista existimatio ⁊c. i. ⁊ accidit ista existimatio obedientibus sermoni ⁊ non cōsiderātibus vtrū sermo cōueniat sensui aut non: ⁊ qui hoc facit cōtinget ei cōtradictio in rebus ⁊ opinari ꝙ contraria sunt insimul: ⁊. d. quia opinať ꝙ cōtraria ⁊c. i. ⁊ multi antiqui opinabanť hoc quia videbant ꝙ contraria generanť ex eodez: ⁊ opinabanť cū hoc ꝙ non sit generatio ex nihilo. ſ. ex non ente. vnde dixerunt ꝙ cōtraria existunt insimul in eodē. ſ. in eo ex quo generanť: ⁊ hoc intēdebat qum dixit: necesse est ut res: aut sit communis ex vtroq;. i. ꝙ res ex qua est generatio sit cōposita ex vtroq; scilz ex ente ⁊ non ente. Deinde. d. sicut dixit Anaxagoras ⁊c. i. ⁊ propter hanc opinionē dixit Anaxagoras ꝙ partes consimiles que sunt elemēta apud ipsum sunt admiste cū toto. ſ. quia omnes sunt admiste cū omnib⁹: ⁊ sermo Democriti est propinquus isti qum dixit partem esse indiuisibilem que est apud ipsum ex vacuo ⁊ pleno admistis: ⁊ sic opinať ꝙ plenū est ens ⁊ vacuū est non ens.

Ad eos quidem igitur qui ex his existimant dicemus quia modo quodaz recte dicunt: ⁊ mō quodam ignorant. Ens enim dupliciter dicitur est ergo quomodo cōtingit fieri aliquid ex non ente: est autem quomodo non: ⁊ simul esse idem ens ⁊ non ens: sed non ſm idem ens. potestate nanq; contingit simul idem esse contraria: actu vo non. Amplius autē dignificemus ipos existimare ⁊ aliam substantiam esse entiū cui nec motus existit nec corruptio nec generatio oio.

Nos igitur dicamus cū istis qui existimant

UVA. BHSC. IyR_012

istas turpes existimationes q sermo eor est verus aliquo modo t aliquo modo impossibilis. cōtrarietas enim dicit duobus modis. est igitur aliquo modo possibile ut aliquid fiat ex nihilo t possibile est ut non fiat aliquo modo: t possibile est ut insimul ens t non ens diuidantur duobus modis: non ens quod sit ens existens. s. q homo fiat terra: neq3 ens sicut entia sed nō sunt idem. possibile enim est ut contraria sint in eodē insimul potentia actu aut non. t etiā dicetur eis ad opinandum q entia habent alia3 substantiā etiā que non habent motum neq3 corruptiones neq3 generationem omnino.

20 Et qui existimauerit ex hac dubitatione q contraria sunt insimul: nos dicemus in hoc q sermo eor est verus aliquo modo: t aliquo mō non est verus. cōtrarietas. n. non dicit vno modo esse sed duobus modis: potentia. s. t actu. dicere autē q contraria existunt insimul in eodē: potentia est verum: actu autē est falsum. D. o. est igit aliquo modo tc. i. t similiter hoc qō dicunt q impossibile est ut ens generet ex non ente: dicit etiā duobus modis: quoru3 vno possibile est ut fiat: alio autē non. D. o. t possibile est ut sit ens t non ens tc. i. quia vtrūq3 istor. s. ens t nō ens diuidit in duo. s. in ens actu t ens potentia: t similiter nō ens diuiditur in duo. s. in non ens actu: t in non ens potentia. homo hic singularis qum fiet terra non est iste hō in actu neq3 potentia propinqua aut remota sicut entia: s3 si ista terra fuerit homo potentia erit alius homo nūero non ille ide3 homo corruptus. Deinde. o. sed non sunt idē idest sed contrariū quod est ens in potentia t qō est actu non sunt idem. D. o. possibile est enim ut cōtraria tc. i. isti enī homines errauerunt t non potuerunt distinguere inē potentiā t actum. s. quia inuenerunt cōtraria esse insimul in eodem: existimauerūt q possibile est ea inueniri in actu sed actu est impossibile: potentia autē est necessariu3 propter generationē. D. o. detur igit eis tc. i. t ideo melius est ut non prohibeant ponere substantiā alia3 esse a sensibili carentem motu t generatione t corruptiōe omnino: sicut Plato dicebat. s. substantiā de qua pendet scientia necessaria. t hec est quasi causa per accidens t mutatio de errore ad minorem errorem.

Similiter autem t que circa apparentia veritas quibusdā ex sensibilibus venit. verum eni3 non pluralitate iudicari putāt oportere nec paucitate. idem vo his quidē dulce gustantibus esse videtur: illis vo amarum: quare si omnes laborauerint aut omnes desipuerint: duo autem vel tres sani sint aut intellectum habeant: hos qde3 videri laborare t desipere: alios vo non. Amplius autē multis alior animaliū contraria videri t nobis t ipsi autem vnicuiq3 ad seipsum nō eadem sm sensum semper videri. que igit horū vera vel falsa non manifestu3. nihil enī magis hoc qz illa vera sed similit: propter qō Democritus ait: aut nihil esse verū: aut nobis non manifestu3 Omnino vo propter existimare prudentiā qdē sensum: t hunc aut esse alterationes quod videt sm sensum ex necessitate verum esse dicunt. Ex his enī Empedocles t Democritus t alior ut consequens est dicere vnusquisq3 talibus opinionibus facti sunt rei. Etenim Empedocles permutantes habitum permutare dicit prudentia3 ad presens enim consiliū auget in hominibus: t in alijs dicit quia quantū alteri trāsformati sūt tantū ipis t semper sapere altera affuit. Parmenides vo enunciat eodem modo: ut enī quicūq3

habuerunt membrorum complexionem multe flexionis t intellectus hominibus adest. idē enī est qō quidez sapit mēbror natura hominibus t omnibus t omni qō enim plus est intelligētia Anaxagore quoq3 pronunciatō recordatur ad quosda3 socior eius quia talia ipsis erunt entia qualia vtiq3 existimauerunt ipsi. dicunt autem t Homerum videri hanc habentem opinionem quia fecit Hectorem tanq3 in extasi fuerit a plaga iacere aliud sapientē tanq3 sapientes quidem t desipientes sed non eadem: palam ergo q si vtreq3 prudentie t entia simul sic t non sic se habent quare t grauissimū accidens est. nam siqui maxime contingens verum viderunt: hi autem sunt maxime querentes ipsum t amantes: hi tales habent opiniones t talia enunciant de veritate: quomodo non est dignū t respuere philosophari conantes: nam volantia persequi erit veritatem vtiq3 inquirere.

Et similiter non crediderunt quidā veritatē cognitionis in rebus manifestis sensibilibus: t impossibile iudicare verum per multitudinē aut paucitatem. idem. n. sentitur a quibusdā dulce t a quibusda3 amarū: t si omnes homines essent infirmi aut transmutati intellectus: sani autez essent duo vel tres: aut habentes intellectum essēt duo aut tres tunc existimarentur isti esse infirmi t transmutati intellectus: t q residuu3 non sunt ita. t etiam pluribus animalibus apparent res e contrario illi sm q sunt t nobis apparent ita: t vnicuiq3 in se apparent aliqua in sensu e cōtrario illi qō existimatur t non sunt ita t non declaratur eis vtrum sint vera aut falsa: ista enim non redduntur contraria magis qz illa sed sunt consimilia in eo qō reddunt: t ideo dixit Democrit q aut nihil est verum omnino: aut non manifestatur nobis: t vniuersaliter qum existimauerūt q intellectus est sensus t sensus est certitudo: dixerunt q verum necessario apparet per sensum. t ex istis opinionibus crediderunt existimatōes Empedocles t Democritus t vnusqsq3 alior. Empedocles enim dixit q ille cuius cōpositio transmutatur: transmutabit sensus t intellectus. Parmenides etiā dixit q intellectus approprietur homini sm complexionē membror vniuscuiusq3 hominū: t quidam de nostris socijs dixerunt sermonem Anaxagore in quo dicit q entia apud homines sunt sm existimationem eor t dicitur q Homerus prius videbatur opinari hoc. dixit enī in suis versibus Hectorez: t dixit: q qum fuit percussus valde timuit t amisit intellectum propriu3 t intellexit alio intellectu: quasi videret q qui perdit suū intellectu3 intelligit etiā non esse ita: t est manifestu3 q si in vtraq3 dispositione habebat intellectum: tñ intelligebat q entia sunt simul t q sunt in aliqua dispositōne t in suo contrario insimul. t accidit ex vtraq3 dispositione aliquid difficile: qñ si isti viderunt q est possibile de veritate magis qz alij fūt solliciti inquirendo eam: t si existimationes istorum sm hanc diuersitatem t sermones eorum sunt tales in cognitione veritatis: quomodo non oportet illum qui vult incipere in philosophia q quiescat sua voluntas: quoniam si ita fuerit tunc querere veritatem est simile ad currere ad voluntatem.

UVA. BHSC. IyR_012

21 Quum diſſoluit dubitationē inducentē ad dicendum contraria exiſtere inſimul: incepit dicere aliā dubitationē ex qua etiā accidit quibuſdā negare ſcientiā ⁊ dicere nullam eſſe veritatē: ⁊ dixit: ⁊ ſimiliter non crediderunt ⁊c̄.i. ⁊ ſimiliter dixerunt quidam q̄ illud q̄ ſenſus cōprehendit ex ſenſibilibus nullam habet veritatē: ⁊ dicunt ratiocinando q̄ quedā ſentiunt a quibuſdam dulcia ⁊ a quibuſdam amara: ⁊ non differunt niſi in hoc q̄ illi qui ſentiunt ea dulcia ſunt plures. ſ. ſani: ⁊ qui ea ſentiūt amara ſunt pauciores. ſ. infirmi: ⁊ non eſt iudicandū aliquid eſſe verū per teſtimoniū pluriū abſq; paucioribus. D.o. ⁊ ſi omnes homines eſſent infirmi ⁊c̄.i. ⁊ dixerunt q̄ nō oportet credere exiſtimationem ſanorum: quia infirmi habēt trāſmutatos ſenſus ⁊ intellectus. cauſa enī in hoc non eſt niſi multitudo ⁊ paucitas: qm̄ ſi poſuerim⁹ q̄ plures ſunt infirmi ⁊ pauciores ſunt ſani tunc diceret q̄ ſani ſunt infirmi: ⁊ q̄ intellectus ⁊ ſenſus eor̄ ſunt tranſmutati: ⁊ q̄ alij ſunt ſani. Deinde dedit aliam rationē ⁊ dixit: ⁊ etiam pluribus animalibus ⁊c̄.i. ⁊ etiā dabant aliam ratiocinationem ſuper hoc dicendo q̄ plura animalia videntur comprehendere in eodē ſenſibili contraria. vidēt enim quedam fugere idem tanq̄ nociuū: ⁊ quedam ſequi tanq̄ delectabile. ⁊ ſimile huic accidit etiaz nobis cum animalib⁹ plura enim animalia videntur inſapozabilia a rebus nocentibus nobis: ⁊ noceri a rebus delectabilibus nobis. Deinde.o. ⁊ nobis etiam apparet hoc ⁊c̄.i. ⁊ ſicut accidit hoc animalibus ita etiam accidit homini. quidam enī nō delectatur hoc in quo contriſtat alius: ⁊ non tm̄ hoc accidit diuerſis hominibus ſed ⁊ idem homo videtur cōprehendere in eodem per ſenſum contrariū illius quod habet per exiſtimationem. ⁊ qum ita ſit: tunc ſenſibilia non habent in ſe veritatem comprehenſibilē ſed ſunt ſm̄ comprehendens. Deinde.o. ⁊ non ſunt ita.i. ⁊ manifeſtum eſt q̄ non ſunt ſm̄ q̄ ſentiunt. Deinde.o. ⁊ non manifeſtatur eis vtrum ſint vera vel falſa.i. ⁊ dicebant q̄ propter oia iſta nobis non declarabit quid ſit verum ⁊ quid ſit falſū. Deinde dedit cauſam in hoc ⁊ dixit: iſta enī ⁊c̄.i. iudiciuz enim ſenſus in eadem re eſſe alterum contrarioz̄ non eſt firmius iudicio alterius ſenſus in illa re eſſe aliō cōtrariū U.g. q̄ iudiciū ſenſus alicuius animalis q̄ hoc eſt delectabile non eſt firmius iudicio ſenſus hominis illud eſſe contriſtabile. Deinde.o. ⁊ ideo dixit Democritus ⁊c̄.i. ⁊ ideo dubitauit Democritus ⁊ dixit: q̄ contingit ex hoc alteruz duoz̄: aut ut nihil habeat veritatē in ſe extra animā: aut ut non comprehendatur aliquo modo. D.o. ⁊ vniuerſaliter qum exiſtimauerit ⁊c̄.i. ⁊ cauſa errozis eoz̄ eſt quia exiſtimabant q̄ intellectus eſt ſenſus ⁊ q̄ non differunt in aliquo: ⁊ opinabant q̄ ſcientia neceſſaria comprehenditē ſenſu. ⁊ qum viderunt q̄ ſenſibilia videnē habere diſpoſitiones diuerſas apud ſenſum crediderunt q̄ nulla ſciētia eſt neceſſario omnino. Deinde.o. ⁊ ex iſtis opinionibus ⁊c̄.i. ⁊ ex iſtis dubitatiōnibus predictis exiſtimauerunt iſti homines iſtas exiſtimationes. Empedocles enim dicebat plures intellectus eſſe habentes iudicia diuerſa: ⁊ q̄ quilibet intellectus ſequitur complexionē propriam: ⁊ iō dixit q̄ qui mutatur de aliqua complexione in aliā: tranſmutabitur de aliquo intellectu in alium: ⁊ ratiocinantur ſuper hoc per hoc q̄ apparet de tranſmntatione intellectus in infirmis propter tranſmutationem complexionis. D.o. ⁊ Parmenides etiā dicit ⁊c̄.i. quoniā iſte dicebat q̄ intellectus appropriat hominibus ſm̄ complexiones ⁊ cōpoſitiones eoz̄. Deinde.o. ⁊ quidam ſocij ⁊c̄.i. ⁊ iſti etiā opinabant q̄ entia conſequūtur exiſtimatiōes hominū: ⁊ q̄ nō habent eſſe extra animā niſi ſm̄ q̄ homines intelliguntur. Deinde.o. ⁊ dicit q̄ Homer⁹.i. ⁊ exiſtimabat q̄ Homerus opinabatur plures intellectus eſſe qui cōſequunt modos complexionis. Deinde induxit vnam narrationez ſcitam ini illos de vno verſu. D.o. q̄ videſ ⁊c̄.i. ⁊ ex hoc ſermone apparet q̄ Homerus opinabat q̄ quiſquis amiſit ſuū intellectum propter tranſmutatiōem complexionis q̄ intelliget alio intellectu a primo. Deinde.o. ⁊ non eſt ita ⁊c̄. ideſt ⁊ hoc q̄ exiſtimāt non eſſe verum: manifeſtū eſt. n. q̄ ⁊ſi in vtraq; diſpoſitione intelligit diuerſo intellecto: tm̄ neq; hoc intelligit q̄ entia ſunt eadem aut q̄ entia ſunt in aliqua diſpoſitione ⁊ in ſua contraria inſimul: ⁊ intendebat per hoc: qm̄ nullus intellectus intelligit q̄ entia contraria exiſtunt inſimul: aut ſunt idem. D.o. ⁊ accidit ex vtraq; diſpoſitione ⁊c̄.i. quoniā impoſſibile accidit: ſiue intellectus fuerit poſitus ſm̄ diſpoſitionē intellectus iſtius exiſtentis: aut ſm̄ aliud contrariū. D.o. ſi igitur iſti ⁊c̄.i. ſi igitur iſti videntur magis querere veritatem q̄ alij: ⁊ ſermones eorum in veritate ſunt tales impoſſibiles: quomō non accidit audientib⁹ illos ut volūtas ⁊ ſollicitudo eoz̄ quieſcat inquirendo veritatem: qm̄ tunc qui querit veritatem ſimilis eſt currenti ad comprehendendum volantē quod nunq̄ fiet.

Huius autem opinionis cauſa eſt quia de entibus quidem veritatē intendebant: entia autē putauerunt eſſe ſenſibilia ſoluz: in his vo multa que indeterminati natura exiſtit: ⁊ que entis ſicut diximus: propter quod decenter quidem dicūt non vera autem dicunt. ſic enīz congruit magis dicere q̄z ſicut Ephitharmus ad Xenophanem Amplius autem omnem videntes hanc motaz naturam de permutatione aut nihil verum dicimus: circa vo omnino permutans non contingere verum dicere. ex hac exiſtimatione pullulauit opinio dictoz̄ ſumma que eſt dicentiū heracliçare: ⁊ qualem Cratilus habuit qui tandē nihil opinatus eſt oportere dicere: ſed digituz movebat ſolum ⁊ Heraclitū increpuit dicentez bis in eodem flumine non eſt intrare: ipe enim exiſtimauit nec ſemel. Nos autez ad hanc queſtionē dicemus quia permutās quando permutat habet quandam ipſius veram rationem non exiſtimari eſſe equidem eſt dubitatiſſimū. abijciēs. n. habet aliquid eius quod abijcitur: ⁊ eius qō fit iam neceſſe aliquid eſſe omnino: qō ⁊ ſi corrumpitur exiſtet aliqd ens: ⁊ ſi fit ex quo fit ⁊ a quo generatur neceſſe eſt eſſe ⁊ non eſſe infinituz. ſed hec pretermittentes illa dicamus q̄z non eſt idez permutare ſm̄ quantitatē ⁊ ſm̄ qualitatem. ſm̄ quantitatem quidē igit fit idez non manens: ſed ſm̄ ſpeciē omnia cognoſcimus.

Cauſa autem in exiſtimationibus iſtorū eſt quia querebant perſcrutari de veritate entiuz: ⁊ exiſtimabant q̄ entia ſunt ſenſibilia tm̄: ⁊ nature iſtoz̄ ſenſibiliū non ſunt terminate ⁊ maximam habent diuerſitatez: ⁊ omnia entia que ſunt eiuſdem diſpoſitionis etiaz ⁊ ideo aſſimilant dicere veritatem ſed non dicunt veritatem. oportet enī hoc dicere ſicut dixerunt errantes in Xenocrate ⁊ etiam qum viderunt totam iſtam naturaz moueri: ⁊ q̄ nihil dicit in rei veritate de reb⁹ que nō tranſmutant exiſtimarunt impoſſibile eſſe aliqd dici in rei veritate aliquo modo de rebus q̄ trāſmutantur ſm̄ totum. ⁊ ex iſta opinione ramificate ſunt opiniones Heracliti. Heraclitus enīz in fine vite ſue opinabatur q̄ non oportet aliquid dicere ſed tm̄ movebat digituz ⁊ reprehendebat Sticum in hoc qō dixit q̄ poſſibile eſt tangere aquaz fluminis currentis bis: dicebat enī q̄ nec

UVA. BHSC. IyR_012

semel hoc est possibile. Nos autem dicimus in hoc sermone etiam q̄ illud quod transmutatur habet apud transmutationē aliquem sermonez qui vere dicetur de eo ꝛ existimatur quod nō est ꝛ si in eo est dubium. qui enim negat aliquid necesse est ut habeat aliquod esse quod possibile ē negare: ꝛ necesse est ut aliquod esse habeat illud quod est: ꝛ vniuersaliter si aliquid corrūpitur habet esse: ꝛ si generaī necesse est ut habeat esse illō ex quo generatur illud quod ex eo generatur ꝛ illud per quod generatur: ꝛ q̄ hoc non sit infinitum. sed dimittamus ista ꝛ dicamus q̄ transmutatio fm quantitatē non est eadem cum trāsmutatione fm qualitatem: ꝛ scientia non est tm̄ per quantitatez sed omnia cognoscunt̄ per formas.

22 Causa autem cē.i. qum dixit dubitationes inducentes quosdam ad dicendū omnia esse vera: ꝛ quosdam ad negandum scientiam: modo dat causam errorīs istorum: ꝛ dicit: ꝛ causa in existimatōnibus cē.i. ꝛ causa errorīs istorum est quia isti volebant perscrutari de veritate entium ꝛ non intendebant intentionē sophisticam ꝛ existimabāt cum hoc q̄ entia sunt sensibilia tm̄: ꝛ nature sensibilium sunt transmutabiles ꝛ non permanentes. scientia autem si est debet esse permanens ꝛ ex rebus permanentibus: ꝛ propter hoc ambigebant ꝛ negabant scientiā: ꝛ hoc intendebat qum dixit: ꝛ maximā habent diuersitatem cē.i. ꝛ diuersitas in omnibus sensibilibus est maxima: ꝛ similit̄ in omnibus entibus que sunt per res sensibiles. D.o. ꝛ iō assimilantur cē.i. ꝛ sermo eorum videtur verus vno mō scilz in hoc qō dicunt q̄ sensibilia sunt transmutabilia ꝛ q̄ in eis non sit scientia: sed in hoc qō dicunt q̄ scita sunt sensibilia falsant. Deinde.o. oportet enim hoc dicere cē.i. oportet enī euitare hanc dubitatōnē sicut euitauerunt eā errantes in sermonibus Xenocratis. Deinde.o. ꝛ etiā quz viderunt cē.i. ꝛ vniuersaliter sustentati sunt super duo: quoꝝ vnum est quia viderunt istam naturam sensibilem transmutabilez per se. secundū autem est quia opinati sūt q̄ nulla res est que vere dicatur de rebus trāsmutabilib⁹ fm totum propter velocitatem transmutatiōis eoꝝ: ꝛ fm hoc nulla erit scientia permanens nec semper nec aliqua hora. Deinde.o. ꝛ ex ista opinione cē.i. ꝛ ex ista opinione ramificate sunt opiniones Heraclīti opinantis q̄ nō oportet respondere ad aliquam questionem sic aut non: qm̄ erit falsum. anteq̄ enim compleat responsionē transmutabitur res in contrarium: ꝛ ideo qum ille querebat de aliquo innuebat per digitum ꝛ non loquebatur. D.o. ꝛ reprehendebat cē.i. ꝛ reprehendebat quendā virum antiquū qui opinabatur hoc in hoc qō dicebat q̄ impossibile est tangere aquam fluuiī bis. dicebat enīz q̄ debebat dicere q̄ impossibile est tangere aquam fluuiī semel nedū bis: ꝛ intendebat per hoc q̄ ista est dispositio entiū in cursu: ꝛ q̄ nulla scientia acquirīt de eis neq; in minimo tēpe. Deinde.o. nos autē dicamus cē.i. nos autem dicamus cō tradicendo istis q̄ quicqd transmutatur habet sermonez qui vere dicit de eo fm q̄ est transmutatum. Ut.g. dicitur q̄ non est permanens ꝛ alium qui falsat super ipsum. Ut. g. dicere q̄ est permanens: ꝛ hoc intendebat qum dixit: existimatur enim q̄ non est: idest ꝛ potest iudicari q̄ est non permanens: ꝛ erit iudiciuz non transmutabile. D.o. ꝛ si hoc est dubiuz cē.i. ꝛ vniuersaliter qui negat aliquid de aliquo: necesse est ut negatum habeat aliquā naturam terminatam: ꝛ vniuersaliter necesse est ut aliquod ens sit ꝛ intendit q̄ contingit negantibus scientiā ut scientia apō eos habeat aliquaz naturam terminatam: ꝛ sic erit aliqō ens: ꝛ si non: nihil esset negatum omnino. D.o. necesse est igitur cē.i. ꝛ vniuersaliter omne quod generatur necesse est ut habeat ens ex quo generetur fm naturā ꝛ ens per quod generetur: ꝛ q̄ illud nō sit corruptibile: ꝛ ut hoc nō procedat in infinitum: ꝛ similiter corruptum debet peruenire ad aliquod incorruptibile. D.o. sed dimittamus ista cē.i. sed dimittenda est ista contradictio ꝛ procedam⁹ ad magis manifesta: ꝛ est: q̄ transmutatio quam fingunt esse perpetuam in entibus est in quantitate non in qualitate: ꝛ forma ꝛ scientia necessaria non erit per quātitates rerū tm̄ sed ꝛ per formas: sic igit formē sunt permanētes: ergo scientia erit permanens.

Amplius autem dignuz est increpare sic existimantes q̄ sensibiliū in minoribus numerum scientes sic habentē de toto celo similiter enunciauerunt. nam circa nos sensibilis locus in generatione ꝛ corruptione perseuerat solum ens: sed iste ut dicatur nulla pars ē omnis: quare iustius vtiqz propter illa hoc reuerti fuisse: quare propter hoc de illis errauerunt. Amplius autem palam quia ꝛ ad hos eadem olim dictis dicemus. q̄ enim est imobilis natura quedam ostendenduz ipsis ꝛ credendū eis. equidez contingit simul dicentibus esse ꝛ non esse: quiescere magis dicere omnia q̄z moueri: non enī est aliquid in qō permuteī: nam omnia insunt omnibus.

Et etiā contradicendi sunt existimātes istas existimationes: qm̄ qum viderunt in rebus sensibilibus q̄ pauciores sunt talis dispositionis iudicauerunt de toto celo. locus enim sensibilis in quo est generatio ꝛ corruptio est ille qui cōtinet nos tm̄: ꝛ iste possibile ē ut aliquis potest dicere ut nō sit in respectu totius pars sensibilis: melius est igitur negare a toto qō est in istis paucis q̄z affirmare in toto quod affirmatur de eis. ꝛ manifestum est etiam q̄ dicendum est de istis quod prius diximus in aliis ꝛ demonstremus eis sufficienter naturam esse immobilem. ꝛ si accidit q̄ dignius est dicentib⁹ affirmare ꝛ negare insimul dicere q̄ omnia sunt quiescentia q̄z dicere mobilia: non enīz est aliquid in quo transmuteī aliqd qm̄ in quolibet est quodlibet.

23 Et etiā contradicendi cē. ꝛ contradicendū est istis hominibus postq̄ viderunt quedā entia paucioza. s. que sūt in generatōne ꝛ corruptione in dispositiōe transmutabili iudicauerunt q̄ plura. s. celi sunt huius dispositionis. locꝰ autem in quo est generatio ꝛ corruptio est insensibilis respectu totius: ꝛ hoc si concessum fuerit eis q̄ ista in quib⁹ est generatio ꝛ corruptio non habent scientiam. D.o. rectius est negare a toto cē.i. rectius igitur est non iudicare de toto illud quod iudicatur de parte insensibili: ꝛ negare ab eo toto transmutationem existentem in parte. D.o. ꝛ manifestuz est cē.i. ꝛ isti digni sunt ut sufficiamus eis per illud per quod sufficimus aliis declarando eis naturam imobilem esse: ꝛ intendit per istam naturam species ꝛ genera: ꝛ forte substantias abstractas. D.o. ꝛ si accidit dicētibus cē.i. ꝛ lz dignius est ponentibus q̄ affirmatio ꝛ negatio sunt insimul in omnibus rebus ut omnia sunt quiescentia magis q̄z mobilia. Deinde dedit causam in hoc ꝛ dixit: non est enim aliquid cē.i. fm enim istos non distinctum est ab aliquo in quod trāsmutatur: sed oia sunt admista: ꝛ quidlibet in quolibet: quapropter oportet hoc ut omnia quiescentia sint.

De veritate aūt q̄ non omne apparens verū primū quidem quia neq; sensus falsus proprij est sed phantasia non idez sensui. Deinde dignū

mirari si hoc dubitant vtrum tante sunt magnitudines ⁊ colores tales quales a remotis videt aut quales de prope: ⁊ vtrum qualia sanis: aut qualia laborantibus: ⁊ grauiora vtrum qualia debilibus: aut qualia robustis: ⁊ vera vtrū qualia dormientibus: aut qualia vigilātibus. quod quidem enim non putant palam: nullus ergo si putauerit se de nocte athenis eē ens in lybia vadit ad odeum. Amplius autem de futuro ut ⁊ Plato dicit nequaq̄: similiter propria medici opinio ⁊ ignorantis velut de futuro sanos fore aut non de futuro.

Sermo autem eorum in sensus veritate non omne quod apparet est verum. primo quia falsitas non appropriatur sensui sed phātasie que non est eadem cum sensu: ⁊ cum hoc mirandum est de eis qui ambigunt in istis rebus ⁊ querunt vtrum magnitudines ⁊ colores sint in illa dispositione in qua videntur ex remoto: aut in illa dispositione in qua videntur ex propinquo: ⁊ vtrū sint ſm q̄ sani vident aut infirmi: ⁊ in grauitate vtrum sint ſm debiles aut ſm fortes: ⁊ in veritate aut in falsitate: vtrum sint ſm q̄ sunt apud dormientes aut apud vigilantes. ⁊ manifestuz est q̄ impossibile est hoc: nullus enim potest existimare modo album sicut Plato: ⁊ consiliuz medici sapientis in rei veritate non est simile cōsilio nescientis in eo q̄ sanat de infirmitate ⁊ in eo q̄ non sanat.

24 Dixit: sermo autem ⁊c̄. i. q̄ omne quod apparet non est verum est falsum: ⁊ hoc destruitur multis modis. Primo autem quoniā falsitas non est propria sensui: quoniā falsitas non accidit sensui nisi per accidens: illud autez cui falsitas est propria est imaginatio. in hac enim debet aliquis dicere quia illud quod ex ea fit non est verum: ⁊ dixit hoc: quia per istam virtutez imaginantur res que precise videntur impossibiles esse. Deinde dixit: mirandum est igitur: ⁊ quia sunt dispositiones in quibus opinantur sensum esse verū: ⁊ alie in quibus opinantur sensum esse falsum. Uerbi gratia: sicut dispositio rerum apparentium visui ex remoto ⁊ propinquo: ⁊ in sanitate: ⁊ infirmitate: ⁊ vigore: ⁊ debilitate: ⁊ magis in somno ⁊ vigilia: mirandum etiam vtrum de querentibus vtrum vera qualitas corporis est que apparet in propinquo: aut que in remoto: idem enim apparet magnum in propinquo ⁊ paruuz in remoto. Et similiter querentibus vtrum verus color apparet in propinquo aut in remoto: ⁊ vtrum verus sapor comprehenditur a sanis: aut ille qui comprehenditur ab infirmis: ⁊ vtrum verum pondus est illud quod comprehenditur a fortibus aut quod a debilibus. Et maior questio est vtrum quod dormiens videns est verum aut quod vigilans. Deinde dixit: manifestuz est q̄ hoc est impossibile: nullus enim potest modo: ⁊ hic abscinditur sermo Arist. quia diminutus est: ⁊ intentio eius est q̄ nos habemus primam cognitionem per quam distinguimus inter illud in quo sensus falsat ⁊ in quo veridicat: quoniam qui dubitat diuidere iter sensibilia falsa ⁊ sensibilia vera est sicut qui dubitabit in istis rebus. ſ. vtrum simus dormientes aut vigilantes: ⁊ vtrum simus aut non simus: ⁊ similiter nullus dubitat q̄ vere quantitates ⁊ veri colores sunt qui apparent ex propinquo non ex remoto: ⁊ qō apparet sanis est verum non quod apparet egris: ⁊ ideo incipiunt curari. ⁊ si omne quod videtur est verum sicut quidam dicunt etiam non esset differentia inter sermones nescientis ⁊ sapientis. Uerbi gratia: Platonis: ⁊ tunc consilium medici sapientis esset simile consilio nescientis sanare aūt non sanare infirmos: ⁊ omnia ista sunt impossibilia.

Amplius autem ⁊ in sensibilibus non similiter ꝓpria alicui ⁊ ꝓpij autē ꝓpinqui ⁊ eius q̄ ipsius. sed de coloribus quidē visus non gustus de saporibus gustus non visus: quorū vnusq̄q̄ in eodem tempore circa idem nunquam dicit: si mul ita ⁊ non ita habere: sed nec in altero tēpore circa passiones dubitauit: sed circa id cui accidit passio. dico autem puta idem quidem vinum vi debitur vtiq̄: aut mutatum: aut corpore mutato quandoq̄ quidem esse dulce quandoq̄ autem non esse dulce: sed quod nō dulce quale est quando fuerit nunquam mutauit: sed semper de ipso verum dicit: ⁊ est ex necessitate futurum tale dulce. quāuis ⁊ hec he rationes omnes destruant: quēadmodum ⁊ substantiam non esse nullius: ita nec ex necessitate nihil. necessarium enim non cōtingit aliter ⁊ aliter se habere: quare ⁊ siquidē est ex necessitate non habebit ita ⁊ non ita totaliter: quia si est sensibile solum: nihil vtiq̄ erit solum non existentibus animatis. sensus eniz non erit: neq̄ igitur sensibilia esse neq̄ sensatiōes forsan verum: sentiētis enim passio hec est. subiecta vero non esse que sensum faciunt: ⁊ si non sensu impossibile. non eniz sensus suimet est: sed est aliquid alterum preter sensuz: quod prius est sensu est necesse. mouens enim moto prius est natura ⁊ vtiq̄ si ad inuicem dicuntur hec ipsa nihil minus.

Et etiaz dicamus hoc in ipsis sensibus: quoniam sensus proprius rei non est simul in rei veritate ei qui est alterius: ⁊ non est simul sensus ꝓpinquus rei proprie remote alterius. visus enim est colorum non saporum: gustus autez est saporum non colorum: ⁊ vterq̄ eorum sentit aliquid in vno tempore: ⁊ nunquā firmat aliquis sensus vt aliquid sit in sua dispositione ⁊ alia contraria insimul: neq̄ in alia contraria etiam: neq̄ in alio tempore etiam: rixa autem de passionibus. Uerbi gratia: quoniam existimatur q̄ transmutatio est ex eodez sicut vinum ex sapore: ⁊ existimatur q̄ transmutatio est propter diuersitatem complexionis corporis gustantis: ⁊ sic existimatur q̄ vinum quandoq̄ est dulce ⁊ quādoq̄ non dulce: ⁊ rixa non est in ipso dulci qum fuerit dulce: nec quandoq̄ trāsmutatur: sed si sermo verus est in eo ⁊ erit necessario dulce illud quod erit ſm hāc dispositionem. ⁊ si isti sermones negant ſm hec omnia: ⁊ similiter negant vt non sit substantia etiam alicuius rei: ⁊ vt nihil sit necessario omnino. quod enim est necessario ipossibile est vt sit alio modo. omne enim quod necessario est impossibile est vt sit in hac dispositiōe ⁊ in sua contraria ⁊ alio modo si sensibile est relatiuum tunc sensibile solum non est alicuius si non est animatorum: quoniam non erit sensibile: ⁊ est verum quemadmoduz non erunt sensibilia etiam: sunt enim passiua sentiētis. ⁊ impossibile est vt subiecta faciētia sensum sint si sensus non fuerit. sensus enim nihil aliud recipit nisi sensum: ⁊ est prior sensu necessario. motor eiz est prior moto natura. ⁊ si ista dicuntur relatiue tunc neutrum eorum erit sine altero.

UVA. BHSC. IyR_012

25 Intendit in hoc sermone dissoluere dubitationem cō-
tingentem eis ex sensibus: ⁊ dicit: Dicamus etiaꝫ dubitan
tibus in sensibus ⁊ ponētibus omnia apparentia equalit
in veritate: qm̄ iudiciū alicuius sensus in propꝛio sensibili
non est simile sui iudicio de sensibili alteriuꝰ. s. communi:
verioꝛ enim est in propꝛio q̄ in sensibili communi ⁊ alij.
Deinde dixit: ⁊ sensus propinquus rei propꝛie cē. idest ⁊
magis isto est q̄ non equalis est compꝛehensio sensibilis
propꝛij a sensu qum fuerit propinquū compꝛehensioni cō
muni ab eo sensu qum fuerit remotū illud sensibile cōe.
Deinde incepit dicere sensibilia propꝛia vnicuiq; sensui: ⁊
dixit: visus eni est coloꝛum cē. i. visus eni est propꝛius co
loꝛibus in verificando de eis: ⁊ similiter gustus sapoꝛum
⁊ auditus sonoꝝ: ⁊ olfatus odoꝛum: ⁊ tactus tangibiliū.
D. d. ⁊ vnusquisq; eoꝝ cē. i. ⁊ vnusquisq; quinq; sensuꝫ
habet propꝛium vnū sensibile quod cōpꝛehendit vno tē-
poꝛe. s. subiecto. D. d. ⁊ nunc̄ affirmat cē. i. ⁊ nunc̄ vide-
mus q̄ aliquis sensus iudicat in suo propꝛio sensibili di-
uersas dispositiones in eodem tempoꝛe aut in duobus tē
poꝛibus diuersis. ⁊ quia accidit in hoc sermōe aliquid ex
hoc qđ apparet in sensu gustus in sanitate ⁊ infirmitate:
dixit: rixa autem cē. i. dubitatio autem que accidit in pas
sione que dicit gustus. U. g. q̄ aliquis dicat q̄ idem vinuꝫ
modo videtur dulce ⁊ alia hoꝛa amarum. Dubitat qm̄
hoc foꝛte accidit ex transmutatiōe gustanti: ⁊ foꝛte ex trās
mutatione cōplexionis gustantis. vnde nullo mō possu-
mus pꝛecise dicere hoc esse dulce in sua natura in aliqua
hoꝛa. Deinde dedit responsionē ⁊ dixit: ⁊ non est rixa in
ipso dulci cē. i. ⁊ ista dubitatio non opoꝛtet ut sit dulcis
naturaliter: qm̄ si fuerit amarum ex sua transmutatione
manifestum est q̄ natura dulcis transmutata est ⁊ habet
naturam propꝛiam: ⁊ q̄ erit dulce quando illa natura re
uerteꝛetur ad illud. si autem ex transmutatōne complexio-
nis gustantis hoc erit manifestius. s. q̄ dulcedo habet na
turam propꝛiam: sed ista rixa non est illa in qua erramuꝰ
in primo: sed ista rixa est vtrum conuersio dulcis in ama-
rum est ex sua transmutatione: aut ex transmutatione cō
plexionis gustantis: ⁊ hoc intendebat quꝫ dixit: ⁊ rixa nō
est in ipso dulci cē. i. ⁊ rixa non est in dulci qum transmu-
tatur in amarum: vtrum sit per suā transmutationeꝫ aut
per transmutationē complexionis gustantis: ⁊ si sit p illaꝫ
transmutationem quando transmutatur: necesse est enim
ut sit dulce dum habuit istam naturaꝫ anteq̄ transmutaꝫ
⁊ hoc intendebat qum dixit: sed si sermo verus est cē. i. sꝫ
si verum est dicere ipsum esse dulce in aliqua hoꝛa: neces
sario erit dulce omne quod fuit in illa dispositiōe aut erit
Deinde. d. ⁊ si isti sermones cē. i. ⁊ si isti sermones sicut ne
cessario negant omnia entia ita negant ut aliquid habeat
substantiam: ⁊ ita negant aliquid esse necessario omnino.
D. d. quod enim est necessario cē. i. isti enim sermones fa-
ciūt ut omne sit alio modo ab eo quod est: ⁊ q̄ est impos-
sibile ut sit alio modo ab eo quod est. D. d. si igitur aliq̄d
fuerit necessario cē. i. quoniā si aliquid fuerit necessario
impossibile est ut sit in alio modo ꝑm quꝫ est in alio. sen
sibile enim est relatiuū qum nullam habet in se naturam
nisi relatiuam. contingit enim ut sensibilia non habeant
esse si animalia sensibilia non fuerint. sensibile enim non
est relatiuū ad aliud nisi ad sensum: ⁊ si sensus non fuerit
non erunt sensibilia. D. d. ⁊ est verum quēadmodum cē.
idest ⁊ hoc quod contingit verum est etiam alio modo. s.
qum posuerimus q̄ sensibilia sunt relatiua. contingit eni
ut sensibile sit sensus: ⁊ sensus sit passio. i. accidens in sen-
tiente. vnde necesse est ut sensibile non sit nisi sentiens sit.
accidens eniꝫ impossibile est ut sit sine suo subiecto. D. d.
⁊ impossibile est ut substantia cē. i. ⁊ cōtingit huic sermo-
ni ut sensibilia non sint nisi sensus sint. Deinde dedit causā
⁊ dixit: sensus enim nihil aliud recipit ꝑ q̄ sensum. i. sensus
enim non est sensibilium sed alterius a sensibilibus. De-
inde dixit: ⁊ pꝛius sensu necessario. i. sed sensus ē alterius
quod est pꝛius sensu necessario. s. pꝛius naturali. Deinde
dedit causam in hoc ⁊ dixit: motoꝛ enim cē. i. ⁊ causa in
hoc est q̄ sensibilia mouent sensus: ⁊ mouēs est pꝛius na-
turaliter moto. Deinde dixit: ⁊ si ista dicuntur relatiue
cē. i. ⁊ si sensus ⁊ sensibilia essent relatiua tunc sensibilia
non essent sine sensibus quemadmodum sensus non sunt
sine sensibilibus.

Sunt autem quidam qui dubitant hoc per-
suasoꝛum ⁊ has ratōnes solum dicentiū. querūt
enim quis est qui iudicat sanuꝫ: ⁊ omnino circa
singula recte iudicantem. tales vo dubitationes
similes sunt dubitationi vtrum doꝛmimus nunc
aut vigilam⁹. possunt autē dubitationes omnes
tales idem: omniū enim rationem hi dignificāt
esse: pꝛincipiū enim querunt ⁊ hoc per demon-
strationem accipere. quicunq; quidem non per
suasi sunt ⁊ manifesti sunt in actibus: sed qđ dixi-
mus hec ipsoꝝ passio est: rationem enim querūt
quoꝛum non est ratio. demonstrationis eni pꝛin
cipium non est demonstratio: hi quideꝫ igitur fa
cile hoc credent: est enim non difficile sumere in
sermone autem vim solū querentes impossibile
querunt. contraria nanq; dicere dignificant sta-
tim contraria dicentes. si autem non omnia sunt
ad aliquid sed quedā sunt ⁊ ipsa ꝑm se non vtiq;
est omne quod apparet: nam quod apparet ali-
cui apparet: quare qui dicit omnia que apparēt
esse vera: omnia que sunt facit ad aliquid: pꝛopt
quod ⁊ obseruandū vim in sermone querentib⁹
simul autem ⁊ sustinere sermonem dignificanti-
bus quod nō apparet est: sed quod apparet cui
apparet: ⁊ quando apparet: ⁊ inquantuꝫ: ⁊ ut. si
autem sustineant quidem sermonem: non sic aūt
sustineant: accidit ipsis contraria cito dicere. cō-
tingit enim eidem ꝑm visuꝫ mel apparere: gustui
vo non: ⁊ oculis duobus existentibus non eadē
vtiq; visui si sint dissimiles: qm̄ ad dicentes pꝛo-
pter olim dictas causas quod apparet verum eē
⁊ pꝛopter hec via similiter esse falsa ⁊ vera: neq;
enim omnibus eadem apparere contingit: neq;
ipsi semper eadem sed multotiens contraria ꝑm
idem tempus. tactus enim duo dicit in digitoꝝ
variatione: visus autem vnum sed non quidem
idem ⁊ ꝑm idem sensui ⁊ similiter ⁊ in eodem
tempoꝛe.

Et quidā contenti sunt per ista ⁊ dicunt istos
sermones: ⁊ querunt quis est ille qui querit ⁊ ve-
ridicat: ⁊ scit omnia ꝑm veritatem. ⁊ iste questio-
Omnes igitur cause que modo fuerũt dicte cadunt super quattuor modos famosos valde. littere enim syllabarũ: ⁊ materia artificialiũ: ⁊ terra: ⁊ omnia corpa similia: ⁊ partes totius: ⁊ ppositiones ꝯclusionis sunt tanqꝫ cause que sunt ex aliquo: ⁊ quedã istoꝝ sunt quasi subiectũ: ⁊ q̃dã quasi partes: ⁊ quedã quasi illud quod significat alicuius eẽ sicut totuꝫ ⁊ cõpositio ⁊ forma. semẽ autẽ ⁊ medicus ⁊ ambulatio: ⁊ omne qđ agit aliquã actionẽ sunt fm ꝓncipium trãsmutationis ⁊ quietis. ⁊ quedã sunt tanqꝫ cõplementũ: ⁊ largitas alijs. illud enim ꝓpter qđ fit largitas alijs vult etiã esse cõplementũ. ⁊ non ẽ differẽtia inter dicere hoc eẽ largum: ⁊ hoc videri larguꝫ. causa igitur sũt iste: ⁊ numerus suarũ formaruꝫ est iste numerus: ⁊ modi causarũ sunt plures sed qũ referuntur fiunt pauciores etiã. dicunt enim cause multotiens ea que cõueniũt in formã. ⁊ dicunt quedã ante ⁊ quedã post: sicut dicit ꝙ causa sanitatis est medicus peritus ⁊ ars: ⁊ duplũ ẽ causa ad diapason: ⁊ numerus etiã: ⁊ similit etiã illd quod cõtinet aliquid particulariũ: ⁊ etiaꝫ tanqꝫ accidens ⁊ genera eius. V.g. idolum. causa enĩ est idoli artifex idoloꝝ. s. Polycletus ſꝫ diuersis modis. accidit enĩ vt nomẽ artificis esset Polycletus: ⁊ similit ea etiaꝫ que cõtinẽt accidẽs: sicut homo qũ fuerit causa idoli: aut aliquod aliud. ⁊ quedã accidẽtia sũt remotiora quibusdã: ⁊ q̃daꝫ ꝓpinquiora. V.g. qum dicim⁹ ꝙ albũ ⁊ musicũ est causa idoli: ⁊ non Polycletus tm̃: aut homo ⁊ dicunt cause alit ab oibus istis ꝓprie: ⁊ vniuersaliter ⁊ potentia ⁊ actu. V.g. edificator rei edificande: aut edificator qui edificat. ⁊ dicunt huius modi sermones in reb⁹ quare cause habeãt causas: ⁊ etiam sicut causa illius idoli quod ẽ idolũ: aut quod ẽ alia forma: vt cuprũ: ⁊ causa cupri ẽ alia materia: ⁊ similiter ĩ accidentib⁹: ⁊ etiã dicũt ista ⁊ alia fm cõpositionẽ. V.g. non Polyclet⁹ neqꝫ artifex idoli: sed Polycletus artifex idoli: sed multitudo istoꝝ oiuꝫ est senari⁹: ⁊ dicũt duo bus modis: aut tanqꝫ genus: aut tanqꝫ totũ ablatio in romano. ⁊ differunt ꝙ agentia ⁊ particularia sunt ⁊ nõ sunt insimul: ⁊ que habẽt causas etiã. V.g. sanans iste ⁊ edificator istius edificati. que aũt sunt in potentia non sũt semper insimul. domus enim ⁊ edificator non corrumpũtur insimul.

3 Qum dixit genera causaꝝ famosa. s. quatuor: ⁊ dispositiones earum famosas: vult in hoc capitulo dicere duo. Quorũ vnũ ẽ ꝙ oẽs cause reducunt ad hec quatuor genera. Scõm autẽ ẽ cognoscere suos modos: ⁊ dixit: oẽs igit cause ⁊c̃, D.d. littere enĩ ⁊c̃. i. contingit litteras esse causas syllabarũ: ⁊ materias artificialiũ causas artificialiũ: ⁊ naturaliũ causas naturaliũ. V.g. terre ⁊ alioꝝ corpoꝝ que sunt materie corporũ cõsimiliũ partiũ: ⁊ corpoꝝ ꝓsimiliũ partiũ que sũt materie organicoꝝ ⁊ illa que sunt ptes rei ⁊ que ꝓpositiones esse causas ꝯclusionũ: hoc tm̃ reducitur ad vnũ genus illoꝝ quatuor generꝫ. s. materiale qđ demõstratur ex hac ꝓpositione ex. qũ dicimus: ꝙ oẽ generatuꝫ generatur ex aliquo: ⁊ hoc intẽdebat qum dixit: sicut cause que sũt ex aliquo. D. incepit declarare etiã modos causarum formalium: ⁊ dixit ⁊ quedã istaꝝ sunt subiectũ ⁊c̃. i. ⁊ quedã istaꝝ causaꝝ rerũ quas numerauim⁹ ẽ materia elementũ sicut dixim⁹: ⁊ quedã sicut totũ ⁊ partes. totum enĩ ẽ forma: ⁊ partes materia. ⁊ similit littere ⁊ syllabe ⁊ elemẽta ⁊ elemẽtata. cõpositio enĩ in omnib⁹ istis ẽ tanqꝫ forma: ⁊ quasi intẽdebat notificare ꝙ quẽadmodũ materia dicitur multis modis: sic forma. D.d. semen autẽ ⁊c̃. i. cause aũt que sunt semen ⁊ medicus ⁊ ãbulatio: ⁊ oẽ agẽs aliquid reducitur ad causã que est ꝓncipium trãsmutationis post quietẽ que dicitur motus. D.d. ⁊ quedã sũt sicut cõplementũ ⁊c̃. i. cõplementũ enĩ ⁊ bonũ ⁊ largitas non inueniũtur in rebus nisi per causã finalẽ: ⁊ iõ qđ caret causa finali: caret bono. D.d. cause igit sunt iste ⁊c̃. i. genera igitur causaꝝ sunt ista quatuor: ⁊ species causarũ sunt tales quales numerauim⁹. D.d. ⁊ modi enĩ causaruꝫ ⁊c̃. i. ⁊ modi causaꝝ sunt plures: sed qum referuntur ad inuicem fm opinionẽ. s. qum diuidunt in opposita tũc determinabunt. D. incepit eas determinare: ⁊ dixit: dicunt enĩ cause ⁊c̃. i. causaꝝ enĩ cõueniẽtiũ in forma. s. que sũt vnius generis: quedã sunt ante quasdã in eẽndo cãm alicuj⁹: ⁊ ſꝫ boc causarum: alie sunt ꝓpinque: alie remote. D. dedit exẽplũ ⁊ dixit: sicut dicit ꝙ causa sanitatis ⁊c̃. i. V.g. in causis agẽtibus medicus ⁊ ars: vtrũqꝫ enĩ ẽ causa sanitatis: sed ars causa remota: ⁊ medicus ꝓpinqua. in formalib⁹ autẽ duplum ⁊ numerus: vtrunqꝫ enĩ ẽ forma ad diapason que ẽ in ꝓportione dupla: sed numer⁹ ẽ forma remota: ⁊ duplũ forma ꝓpinqua. D.d. ⁊ similit illud qđ cõtinet aliqđ particularium ẽ tale. i. ⁊ iste forme sũt remotiores ab inuicem quia quedam continent quasdam: ⁊ ideo dispositio in eis que continent alia particularia est talis scilicet: ꝙ quedaꝫ sunt ꝓpinquiora quibusdã: ⁊ quedã remotiora. ⁊ iste modus etiam. s. ꝓpinquitas ⁊ remotio inuenitur etiã in causa finali ⁊ materiali. ⁊ qum dedit istos duos modos oppositos: dedit etiam aliũ modũ oppositũ: ⁊ dixit: ⁊ etiam sicut accidens ⁊c̃. i. ⁊ etiã causaꝝ quedã sũt cause essentialit: q̃dam accidentalit. V.g. ꝙ causa idoli eẽntialiter est artifex idoloꝝ: ⁊ accidentalit Polycletus cui accidit ꝙ sit artifex idoloꝝ. D.d. ⁊ similit alio modo etiã illud qđ cõtinet accidens ⁊c̃. i. qm̃ illud cui attribuitur aliquid per accidens qñqꝫ collocatur sub eo qđ est eẽntialit: ⁊ qñqꝫ cõtinet ipſꝫ V.g. ꝙ illud quod collocatur sub eo qđ ẽ eẽntialit ẽ Polycletus qui facit idola: qui igit facit idola eẽntialit ẽ artifex idoloꝝ: ⁊ iste collocatur sub artifice simplicit: ⁊ ideo qum attribuit ei actio idoli erit per accidẽs. illud autẽ qđ continet illud qđ ẽ eẽntialiter ẽ sicut homo artifex idoli. s. ꝙ qũ actio idoli attribuit homimi ẽ per accidẽs: ⁊ magis si attribuitur aiali: ⁊ dixit: sicut accidẽs ⁊ genera eius: qꝛ quod ẽ per accidẽs ẽ multis modis. D.d. ⁊ quedã accidẽtia ⁊c̃. i. ⁊ in causis que sunt per accidẽs inuenit etiã causa ꝓpinqua ⁊ remota: sicut in causis que sũt eẽntialit. V.g. album ⁊ musicũ sunt cause idoli per accidẽs: sed remote: ⁊ Polycletus ⁊ homo cause sunt per accidẽs: sed ꝓpinquiores illis que sũt eẽntialiter. homo enĩ fm ꝙ ẽ homo nõ ẽ artifex idoloꝝ: qm̃ tunc ois homo esset artifex idoloꝝ: sed fm ꝙ hꝫ artem idolificãdi. sed tm̃ iste modus ꝓpinquior ẽ modo eẽntiali q̃ ille modus ꝑdictus. s. de musico ⁊ albo. musicus enĩ ⁊ albus nihil faciũt in idolo. homo autẽ ⁊ Polycletus faciunt idolũ: sed accidentalit. D.d. ⁊ dicuntur cause alio modo ⁊c̃. i. ⁊ etiã causaꝝ: alia ẽ vniuersalis alia ꝓpria. ⁊ iterum causarũ: quedã sunt actu: quedã potẽtia. potentia aũt ẽ sicut edificator rei edificande: in actu vero ẽ sicut edificator dum edificat. D.d. ⁊ dicunt tales sermones ⁊c̃. i. ⁊ modi istarũ causaꝝ. s. ꝓpinquus ⁊ remotus ⁊ communis ⁊ ꝓprius non inueniunt nisi in rebus quarum cause sũt causate ab alijs causis: ⁊ ille alie cause habẽt alias causas donec pueniat ad primas causas. V.g. causa istius idoli singularis ẽ quod ẽ agens idolum simplicit: aut qđ ẽ habens aliã formã: ⁊ similiter causa ẽ materialis. D.d. ⁊ similiter in accidentib⁹ ⁊c̃. i. ⁊ etiam accidit causis q̃ sũt per accidens: vt quedã sũt ꝓpinque: quedã remote. D.d. ⁊ etiam dicuntur iste ⁊ ille ⁊c̃. i. ⁊ istarum causarũ quedã

UVA. BHSC. IyR_012

dicunt ſm cõpoſitionẽ ⁊ quedã ſimplicit. U.g. vt nõ dicat q̃ Polycletus tm̃ faciens idolũ neq; artifex idoloꝝ: ſed dicat q̃ Polycletus artifex fecit idolũ: hoc enī cõponit ex eẽntiali ⁊ accidentali. D.o. ſed multitudo nẽ.i. ⁊ intẽdit p ſex ꝓpinquũ ⁊ remotũ: ⁊ eẽntiale ⁊ accidentale: ⁊ cõpoſitum ⁊ ſimplex: cõmune enī ⁊ ꝓpriũ reducunt ad ꝓpinquũ ⁊ remotũ. ⁊ qũ iſta ſex multiplicent in duo. ſ. potẽtiam ⁊ actũ tũc oẽs modi cauſarũ erũt duodecim cõpoſiti ⁊ ſimplices. D.o. ⁊ dicunt duob⁹ modis nẽ.i. ⁊ habẽtia eaſdem cauſas: aut erunt eadẽ ſpecie: aut genere. cauſe aũt q̃ ſunt eedẽ in genere ſunt ſicut reflexio que ẽ cauſa heconis ⁊ cã iridis. ꝑma enī eſt cõuerſio radioꝝ: ſcõa autez ẽ conuerſio aeriſ. he vero in ſpecies ſunt ſicut cõuerſio radioꝝ que eſt cauſa iridis ⁊ circuli lune: ⁊ forte ẽ ecõuerſo. ſ. q̃ idẽ habz diuerſas cauſas genere. U.g. hoc quod dicit in cauſa exit⁹ nili: ⁊ hoc declaratum ẽ in analecticis poſterioꝝ⁹: ⁊ forte iſtud diminuit in iſto loco. D.o. ⁊ differunt nẽ.i. ⁊ differentia inī iſtum modũ cauſarũ agentiũ: ⁊ agentiũ q̃ agũt res particulares ẽ: qm̃ agẽs qõ facit ꝑticularia erit ⁊ nõ cõſequit vt ſuum actũ: ⁊ in illo ꝑmo modo ſẽper erũt inſimul. ſ. cauſa ⁊ cauſatũ. D.o. ⁊ que habẽt cauſã nẽ.i. ⁊ que ſunt huiuſmodi ſũt ſicut domus ⁊ edificatoꝝ. edificatoꝝ. n. eſt: licz non ſit domus. D.o. que aũt ſunt in potẽtia nõ ſũt ſẽper inſimul nẽ.i. cauſa aũt que ẽ potẽtia qũ fuerit i actu nõ remanebit inſimul cũ ſuo actu. domuſ enī ⁊ edificatoꝝ non corꝝumpunt̃ inſimul: ſed alterum corꝝumpit ⁊ reliquum manet.

Elementũ dicitur ex quo ꝯponit ꝑmũ i exiſtente indiuiſibili ſpecie in aliã ſpeciem: vt vocis elementa ex quibus vox cõponit ⁊ i que diuidit vltimo illa vero non adhuc in alias voces ab ipſis ſpecie diuerſas: ſed ⁊ ſi diuidant̃ particule ſũt eiuſdem ſpeciei: vt aque particula aqua: ſed non ſyllabe. ſimiliter aũt ⁊ corꝝoꝝ dicũt elemẽta dicentes in que diuidunt̃ corꝝora vltima: illa autẽ non adhuc in alia ſpecie differentia corꝝa: ⁊ ſiue vnũ ſiue plura talia hec elementa dicũtur: ſimilit aũt ⁊ que diagrãmaton dicunt̃ elemẽta: ⁊ oio q̃ demonſtrationũ. nam ꝑme demõſtrationes ⁊ in pluribus demõſtrationib⁹ exiſtentes hec elemẽta demõſtrationũ dicunt̃. ſunt aũt tales ſyllogiſmi ꝑmi ex tribus per mediũ vnũ. ⁊ trãſferentes aũt elementũ vocant hinc qõcunq; vnuz ⁊ ens: ⁊ paruũ ad multa fuerit fuerit vtile: quapropt̃ ⁊ paruum ⁊ ſimplex ⁊ idiuiſibile dicitur elementũ vnde venit maxime vniuerſalia elementa eſſe: qz vnũquodq; eoꝝũ vnum ens ⁊ ſimplex in multis ineſt: aut omnib⁹ aut q̃ꝑplurimis: ⁊ vnũ ⁊ punctum ꝑncipium quibuſdã vident̃ eſſe: quoniam ergo vocata gnã vniuerſalia ⁊ indiuiſibilia vna enī eſt ipſorum ratio. elementa genera dicunt aliqui: ⁊ magis q̃z differentiã: quoniam vniuerſale magis genus. nam cui differentia ineſt ⁊ gen⁹ ſequitur: ſed cui genus non oio differentia: omniũ autem cõmune eſſe elementum cuiuſlibet quod ꝑmo ineſt cuiq;.

Elementum dicitur illud ex quo cõponitur res ꝓmo: ⁊ eſt in ea ⁊ non diuiditur ſm formã in aliam formã. U.g. quoniã elementa ſoni ſunt ex quibus cõponitur ſonus: ⁊ ad que peruenit̃ vltimo: ⁊ illa non diuiduntur in alios ſonos diuerſos ab eis ſm formam: ſed ſi diuidant̃ partes eoꝝum erunt cõſimiles ſm formã: ſicut aqua cuius pars ẽ aqua non ſicut pars ſyllabe. ⁊ dicẽtes q̃ corꝝora habent talia elementa in que diuidũtur ꝓmo: ⁊ nõ diuidunt̃ in alia corꝝora diuerſa ſm formam: dixerunt vnum elementũ ⁊ plura talia: ⁊ elementa linearum dicuntur ꝓꝓrie ſm hunc modum: ⁊ vniuerſalit̃ elementa omniũ demonſtrationum. ꝓme enim demonſtrationes que ſũt in pluribus demõſtrationib⁹ dicunt̃ elementa demonſtrationũ. ⁊ ꝓme congregatiões ſunt ſimiles iſtis que ſũt ex tribus terminis: quorum vnus eſt mediꝰ. ⁊ etiam dicitur elementũ ſm minoꝝitatem illud per ſimilitudinem quod ẽ vnum minimũ: ⁊ non diuiditur: ⁊ indiget̃ in pluribus rebus: ⁊ ideo minimũ ſimplex qõ nõ diuiditur dicitur elementũ: vnde fuit poſituz hoc nomen rebus que ſunt elementa vniuerſalia magis q̃z alia: quoniã vnũquodq; eoꝝum quia ẽ vnuz ſimplex inuenitur in pluribus ⁊ in omnib⁹ reb⁹ aut in multis: ⁊ ideo exiſtimauerunt quidam q̃ vnum ⁊ punctus ſunt ꝑncipia. ⁊ quia illa que dicuntur genera ſunt vniuerſalia ⁊ non diuidũtur quia non habent diffinitionẽ: dixerunt quidã q̃ genera ſunt elementa ⁊ q̃ ſunt magis in elemẽtatione: quoniã genus eſt maioꝝis vniuerſalitatis. quod enim habet differentiam habet gen⁹ etiaz ⁊ quod habet genus non habet differẽtiam neceſſario: ⁊ elementum eſt cõmune omnib⁹ rebus quod eſt ꝓmũ cuiuslibet ⁊ in quolibet ꝑ mũ.

4 Vult diſtinguere ſm quot modos dicitur elementũ: qm̃ iſta noia ſunt ꝓpinqua ſynonymis ⁊ cõmunib⁹ appꝛoꝓriatiſ. elementũ. n. nõ dicit̃ de cauſis extrinſecis: ⁊ dicitur de extrinſecis ⁊ digniꝰ de materia: principiũ autẽ digni⁹ ẽ dici de cauſis extrinſecis: ⁊ cauſa ẽ minoꝝ ꝑncipio i hoc ꝑncipium aũt ẽ quali vniuerſalius cauſa: quum dicatur ꝑncipium de principijs trãſmutatiõis ⁊ de quatuoꝝ cauſis: ⁊ dixt: elementũ dr̃ nẽ.i. hec ẽ diffinitio elementi ſm q̃ ẽ elementũ. per hoc igit̃ qõ dixit ex quo res cõponit̃ primo: excludit illud ex quo res cõponit̃ ſcõo. cõpoſitiones enī que ſunt in eadẽ re quedã ſunt ꝓme ⁊ quedã non ꝑme. ⁊ primũ elementũ ẽ illud quod nõ cõponit̃ ex aliquo oio. ⁊ ꝑ hoc quod dixit ⁊ ẽ in ea: excluditur elementũ quod trãſmutatur qũ aliquid generat̃ ex eo: ſicut quz caro generat̃ ex ſanguine: tunc ſanguis nõ remanebit pars carnis. ⁊ ꝑ hoc quod dixit ⁊ non diuidit̃ ſm formã: excludunt̃ elemẽta ꝓꝓria alicui ſpeciei: ſicut organica qũ ponũtur ex conſimilibus. organica enī ꝓmo cõponunt̃ ex illis: ⁊ ſũt partes eoꝝũ: ſed ſunt diuiſibilia ſm formã: ⁊ inuit per hoc q̃ nõ ẽ cõditionãdũ vt nõ ſit diuiſibile ſm q̃titatez. ⁊ qũ deſcripſit elementũ dedit exemplũ: ⁊ dixit: ſicut elementa ſoni nẽ.i. U.g. ſicut elemẽta ſyllabarum que diuidunt̃ i conſonãtes ⁊ vocales: iſte enī littere nõ diuidũt̃ in alias diuerſas ab eis: ⁊ oio neq; ſm formã neq; ſm q̃titatatẽ. ⁊ quum voces cõpoſite. ſ. dictiones diſſoluent̃ ad iſtas puenient: ⁊ ex iſtis cõponunt̃ primo: ⁊ ſũt in eis. ⁊ qz non ẽ cõditionãdum in diffinitione elemẽti vt nõ ſit diuiſibile ſm q̃titatẽ dixit: ſed ſi diuidãt nẽ.i. ſed ſi elemẽta diuidant̃ ſm q̃titatem: tunc ptes eoꝝ ſunt indiuiſibiles ſm formã: ſicut aq̃ ⁊ terra ⁊ ignis ⁊ aer: oia enī cõpoſita ex iſtis in illa diuidũtur ſm formã: ſed iſta nõ diuidunt̃ in alia ſm formã ſz ſm quãtitatẽ ⁊ in partes cõſimiles ſm formã: ⁊ iõ dicitur deſcribendo: partes cõſimiles ſũt ille in quib⁹ diffinitio ptis ⁊ totius ſunt ſimiles ⁊ in eadẽ. D.o. non ſicut ſyllabe nẽ.i. q̃ aqua ⁊ aer non ſũt ſicut ſyllabe que diuidũt̃ in idiuiſibilia forma ⁊ quãtitate. D.o. dicẽtes igitur q̃ corꝝora nẽ.i. opinãtes igitur q̃ corꝝora habẽt talia elementa. ſ. talia i que cõpoſita diuidũt̃ vltimo: ⁊ illa nõ diuiduntur in alia ſm formã: quidã dixerunt q̃ illud quod ẽ tale erit vnum tm̃ quatuoꝝ corꝝoꝝũ: ⁊ quedam plura vno. D.o. ⁊ elemẽta linearũ nẽ.i. ⁊ elemẽta figurarũ. U.g. triãgul⁹ i figuris

6 a

UVA. BHSC. IyR_012

ꝛ corpus igneū in corporib⁹:ꝛ forte intēdit puncta ſꝫ ſententiā eorꝫ qui dicunt ꝙ linee cōponunt ex punctis ꝛ prope hoc ē ſententia eorꝫ qui dicunt:ꝙ corpora cōponunt ex corporib⁹ indiuiſibilib⁹.elementū eni apud iſtos ē qđ nō diuiditur ſm formam nec ſm quātitatem: ꝛ ꝙ hoc vocat cōditio ꝛ ſuppoſitio in diuiſibilitate ſm quātitatē quā indiuiſibilitas ſequit ſm formā que ē vera cōditio in diffinitōne elemēti:ideo diffinitio iſtorum ꝓpinqua ē diffinitioni vere:vt poſt dicet.D.d.ꝛ vniuerſalia elemēta oīum demōſtrationum ꝛc̄.i.ꝛ hoc nomē elementū dicit ꝓpe hūc modū de demonſtrationib⁹.quedā eni demonſtrationes ſūt de alijs demonſtrationibus quaſi elemēta de compoſitis prime enim demonſtrationes que cōponunt ex ꝑmis propoſitionibus ſunt elementa oīum demōſtrationū que componunt ex eis.demonſtratiōes eni cōpoſite diſſoluūt i demonſtrationes ſimplices:iſte autem nō diſſoluunt in alias ꝛ quia hoc non accidit demonſtratiōi niſi ſm ꝙ ē ſyllogiſmus.ſ.ꝙ ſyllogiſmi compoſiti diſſoluūtur in ſimplices: dixit: ꝛ prime cōgregationes ꝛc̄.i.ꝛ ꝑmi ſyllogiſmi q̄ ſunt ex tribus terminis tm̄ ſunt etiam elementa ſyllogiſmorum compoſitorū.D.d.ꝛ etiam dicitur elementū ſm trāſlationem ꝛc̄.i.ꝛ dicit elementū ſm mutationem nominis propē ſimilitudinē illud quod ē minimū vnū indiuiſibile ſm q̄litatem ꝛ ē exiſtens i pluribus.D.d.ꝛ ideo dicit ꝛc̄.i.i quātitate.U.g.hoc quod dicit:ꝙ pars indiuiſibilis ē elementum.D.d.vnde illud nomē fuit poſitū ꝛc̄.i.ꝛ quia elemētū exiſtit in pluribus exiſtimauerūt quidā ꝙ intentio vniuerſalis ē elementū:ꝛ ꝙ illud quod ē maioris veritatis eſt magis elemētum.D.d.quoniam vnūquodq; eorum ꝛc̄.i. vnūquodq; eni eorū nō habuit hoc nomē elementum niſi quia exiſtit in pluribus:ſed quod exiſtit in oīb⁹ aut in pluribus ē dignius hoc noīe elemētū.D.d.ꝛ iō exiſtimauerūt q̄dā ꝛc̄.i.ꝛ iō exiſtimauerūt q̄dā pūctū eē elemētū corpoꝛ ꝛ q̄dā vnū qz̄ viderūt ea eē indiuiſibilia ꝛ etiā i pluribus.D.d.ꝛ qz̄ illa q̄ dicūt gnā ꝛc̄.i.ꝛ qz̄ genera generaliſſima nō diuidūtur ſm diffinitionem:qum nō habeant genꝰ ꝛ differentiam:ꝛ elementum ē illud quod non diuiditur:exiſtimauerunt quidā ꝙ genera generaliſſima ſūt elemēta.D.d.ꝛ ꝙ ſunt magis in elementatione.i.ꝛ exiſtimauerūt ꝓpter hoc;hoc eſſe in oi genere ſed magis in generaliſſimo quia ſunt maioris vniuerſalitatis.D.d.quod enim habet differentiā ꝛc̄.i.ꝛ cauſa in hoc ꝙ genera generaliſſima ſūt magis elemēta q̄ alia genera:eſt;quia ſūt ſimpliciora:alia enī habēt differentiam:ꝛ quod habet differētiam habz genus:ꝛ ſic componitur ex duobus.genera aūt generaliſſima nō habent differentias;omne enī quod habet differētiam habet genus:ꝛ nō omne quod habet genus habz differentiam:ꝛ hoc intendebat qū dixit:ꝛ omne quod hz genus nō habet differētiā:genera enim generaliſſima nō habent genus niſi genus dictum multipliciter.ꝛ forte intendit per hoc quod dixit:ꝛ omne quod habet genus nō hz differentiam huiuſmodi genera:iſta enī genera nō habēt differētias qum nō dicantur vniuoce de alijs ſicut vnum ꝛ ens:ꝛ teſtatur huic expoſitioni hoc;quoniam opinātes vniuerſalia eſſe elementa nō opinabantur hoc niſi i vno ꝛ ente ꝛ ſimilibus.ꝛ qum narrauit ꝙ elementum dicit tribus modis qui cōueniunt in diuiſibilitate:quorum vnus ē illud quod ē indiuiſibile ſm diffinitionez: ſcōs illud qđ eſt indiuiſibile ſm ſpeciem:ꝛ iſtud;aut eſt vniuerſale: aut particulare: et tertiꝰ ē illud quod ē indiuiſibile ſm q̄tita tem:ꝛ illud aut eſt vnum numerale aut punctus.D.d.ꝛ elementū ē cōmune ꝛc̄.i.ꝛ qum diffinitio elemēti ſit illa ꝑ dicta quā diximus:manifeſtum ē ꝙ verum elemētum eſt cōmune omnibus compoſiti: quod ē primū ex quo cōponūtur omnia:ꝛ eſt exiſtens in vnoquoq; eorū:ꝛ in qđ diſſoluunt omnia:ꝛ iſtud elementuz debet eſſe cauſa aliorum elementorꝫ:ꝛ hoc quod dixit eſt ꝑma materia.

Natura vero dicit vno quidē modo naſcentium generatio:vt ſiquis extēdens dicat leꝝ:vno vero ex quo generatur ꝑmuz quod naſcit in exiſtente:amplius vnde motus ꝑmꝰ in quolibet natura entium in ipſo inquātum ipſum exiſtit.naſci vero dicūtur quecūq; augmentū habent p alterum in tangendo:cōnaſci autez ꝛ adnaſci vt embrio.Differunt autez cōnaſcētia a tactu: hoc enī nihil preter tactum:alteruz neceſſe ē eſſe.inſimul aūt natis eſt aliquid vnum idez in ambobus qđ facit per tangi ſimul naſci ꝛ vnū eſſe ſm cōtinuū ꝛ quantū:ſed non ſm quale.amplius natura dicitur ex quo primo aut eſt vt fit aliquid entiū natura inordinato exiſtente ꝛ imutabili a ſua ꝓpa poteſtate:vt ſtatue ꝛ vaſorum ereorum es natura dicitur:ꝛ ligneorum lignum:ſimiliter autē ꝛ i alijs. ex his eni eſt vnūquodq; ſaluata ꝑma materia.hoc enim modo:ꝛ exiſtētium natura elemēta dicunt eſſe naturam:alij ignem:alij terraz: alij aquam:alij aerem:alij aliquid aliud tale dicētes alij quedam horū:alij vero hec omnia. Amplius autem alio modo dicitur natura exiſtentium natura ſubſtantia:vt dicentes naturam ꝓpriam cōpoſitionem eſſe:vt Empedocles dicit:ꝙ natura nullius eſt inexiſtentium: ſed ſoluz miſtio ꝛ permutatio permiſtorum eſt.natura vero in hominibus nominatur:quapropter ꝛ quecūq; natura ſunt aut fiunt:iam exiſtente ex quo nata ſūt fieri aut eſſe non dicimus naturaz habere ſi nō habent ſpeciem ꝛ formam.natura quidem igit qđ ex his vtriuſq; eſt:vt animalia ꝛ eorum partes: natura autez materia prima:ꝛ hoc duplicit: aut que ad ipſum ꝑma:aut omnino ꝑma: vt operuz ereorum:ad ipſum quidē primū es: totaliter vero forſam aqua:ſi omnia liquabilia aqua:ꝛ ſpes ꝛ ſubſtantia:hoc autē eſt finis generationis.methaphora vero iam ꝛ omnis omnino ſubſtātia natura dicitur propter hāc:quia ꝛ natura ſubſtātia quedam eſt.ex dictis igitur prima natura ꝛ ꝓprie dicta eſt ſubſtantia que principiū motus habentiū in ſe inquātum ipſa:materia nāq; q̄ huius ē ſuſceptiua eſſe dicit natura: ꝛ generatiōes ꝛ generari quia ſunt ab hac motus: ꝛ ꝓncipium motus natura exiſtentium hec eſt:inexiſtens aūt poteſtate aut actu.

Et dicitur natura vno modo de omnibus pullulantibus:ꝛ etiam dicitur natura illud cum quo pullulat pullulans primo:ꝛ eſt in eo etiam illud ex quo eſt primus motus in vnaquaq; rerum naturalium:ꝛ ē in eis ſicut ē in rei veritate.ꝛ dicitur pullulare omne quod habet crementum in alio ſm contactum aut ſm conſolidationē: ſicut embriones.ꝛ inter contactū ꝛ conſolidationem hec eſt differentia: in contactis enim non ē neceſſariuz ꝙ aliud ſit in actu a tactu:in cōſolidatis autē aliquid ē vterq; quod facit ea eſſe cōſolidata in loco contactus:ꝛ vt ſint vnuz ſm cōtinuationem ꝛ quantitatez non ſm qualitatez. ꝛ etiam dicitur natura illud ex quo primo fit eſſentia rei naturalis ꝛ ſua generatō:ꝛ eſt imutabile ꝛ intranſmutabile a ſua virtute quam habet:ſicut dicitur ꝙ cuprum ē natura idoli ꝛ cyphi cupꝛei ꝛ lignū ē natura cyphi lignei:ꝛ ſimiliter de alijs vnūquodq; enim rerū que ſūt ex iſtis prima materia ē in eis ſaluata conceſſa: ꝛ per hunc modū dixerūt

UVA. BHSC. IyR_012

dixerunt q elementa sunt natura rerū naturaliū ꝛ quidam dixerunt q est diffinitio: ꝛ quidam q terra: ꝛ quidam q ignis: ꝛ quidam q aer: ꝛ qdā q aqua: ꝛ quidam aliud tale: ꝛ quidam omnia. ꝛ etiam dicitur natura alio modo substantia rex naturalium: sicut dicitur q natura est ꝓma cō positio: aut sicut dicit Empedocles: q natura entium nihil aliud est nisi mistum: ꝛ sm ista dicunt homines naturam: ꝛ ideo que sunt per naturam aut est ex aliquo quod est ex eo ē ꝛ ex eo natura liter est suum esse non dicitur q habet naturam si non habuerit formam ꝛ exemplar eius. natura enim est illud quod est ex istis duob⁹: sicut animal ꝛ membra aialis. ꝛ dicitur natura ꝓma materia: ꝛ illa dicitur duobus modis. dicitur enim primum in respectu alicuius: ꝛ primum in rei veritate: sicut res facte ex cupro. cuprum enim quz refertur ad ista est primum: ꝛ dignum est vt dicaꝫ primum in rei veritate si omnia liquabilia sunt: a qua dicit etiam natura forma ꝛ substantia: ꝛ ista est finis generationis. forme autez ꝛ omnes substantie dicuntur nature: quia hoc nomen imponitur eis: natura autem est aliqua substantia. manifestum est igitur ex dictis q prima natura que dicitur in rei veritate est substantia rerum que habent principium motus in eis. ꝛ materia dicitur natura quia recipit ista. ꝛ similiter est generatio ꝛ pullulatio pullulantis quia sunt motus ex natura: ꝛ quia sunt idem ꝓncipium motuum rerum naturalium: ꝛ sunt in eis simpliciter: aut potētia aut actu.

5 Quia hoc nomen natura dicitur de causis: ꝛ ista scientia considerat de causis: necesse ē vt philosophus determinet sm quot modos dicitur natura. hoc nomen enim natura quo philosophus vtitur est vniuersalius eo quo naturalis vtitur. ꝛ etiam philosophus debet disputare cum negantibus naturam esse: ꝛ etiam perscrutatur de causis suis. ꝛ Auicenna putauit q philosophus demonstrat naturam esse: ꝛ q philosophus naturalis accepit hoc a philosopho ꝛ non est sicut existimauit: ꝛ iam declarauimus hoc in scientia naturali: ꝛ dixit: ꝛ etiam dicitur natura illud in quo pullulat ꝛc̄.i. ꝛ intendit per pullulans crescens ex aliqua re ꝛ distinctum ab eo in creatura lz sit continuum cum eo: ꝛ quia intendebat q natura dicitur de cremēto crescentis qō est distinctum ab eo in quo crescit in forma ꝛ creatura: sicut embriones ꝛ fructus in seminibus: ꝛ in hoc genere collocantur generabilia ex se. Deinde dixit: ꝛ etiam dicitur natura ꝛc̄.i. ꝛ dicitur natura illud ex quo pullulat pullulans primo ꝛ est in eo. Deinde dixit: ꝛ dicit pullarare ꝛc̄.i. ꝛ dicitur pullulare omne qō crescit i alio ꝛ est continuum cum eo: aut sm tactum: aut sm consolidationem: sicut embriones qui crescunt continui cum impregnatis: ꝛ sicut frūctus ꝛ semina que crescunt consolidata: aut continua cum habentibus semina: ꝛ in hoc modo collocantur partes membrorum continue ad inuicez sm contactum aut sm consolidationem. Deinde dixit: ꝛ inter tactum ꝛ consolidationem ꝛc̄.i. ꝛ contacta non congregabuntur per aliquod commune in eis per qō fuerit vnum consolidata autem fuerit vnum per aliquod consolidās in quo cōmunicant: ꝛ hoc intendebat qum dixit: in consolidatis vero est vterqz aliquid ꝛc̄.i. consolidata consolidantur per aliquod cōmune vtriqz. Deinde exposuit hoc ꝛ dixit: ꝛ est q illud quod facit ea cōsolidata ꝛc̄.i. ꝛ illud quo fit consolidatio est illud quod facit cōsolidata vnum sm cōtinuationem non vnum sm qualitatez: ꝛ dixit: qm consolidata non sunt vnum sm qualitatem sed sm continuationem econuerso miscibilibus: ista enim reuertūtur in vnum sm qualitatem ꝛ continuationem. Deinde dixit ꝛ etiam dicitur natura illud ex quo fit ꝛc̄.i. ꝛ dicit natura materia rei ex qua generatur absqz eo q transmutatur sua natura: sicut cuprum ex quo fit idolum remanente cupro: ꝛ similiter cyphus ligneus qui fit ex ligno remanente ligno. Deinde dixit: ꝛ similiter alia ꝛc̄.i. quoniam vnūqō qz eorum est ex istis: ꝛ materia in eis est saluata. i. ꝛ similiter in alīs rebus generatis ex talibus rebus: quoniam natura cuiuslibet earum est natura materie absqz eo q trās mutetur: ꝛ hoc intendebat qum dixit: saluata. Deinde dixit: ꝛ sm hūnc modum dixerunt ꝛc̄.i. ꝛ sm hunc modum nature dixerunt q natura rerum naturaliū est natura elementorum: ꝛ ista sententia est negantium formam esse ꝛ dicentium substantiam nullam esse nisi materiam: ꝛ ideo antiqui opinabantur q nature rerum sunt nature elemēmentorum. qui enim opinabantur terram esse elementū dicebant q nature omnium rerū sunt terra aut terrestria ꝛ qui opinabantur elementum esse ignem: dicebant q nature omnium rerum sunt ignis aut ignea. Deinde dixit: ꝛ etiam dicitur natura alio modo. i. ꝛ etiam dicitur natura tertio modo illud quod est substantia rerum naturalium que datur ad interrogationem factam per quid. s. formam sicut quidam dicunt q natura rerum naturalium est forma ꝓme compositionis in vnaquaqz rerum naturaliū qui enim opinabantur elementa non admisceri ꝛ q sunt existentia in actu in eo cuius sunt elementa non tenet formam rei facte ex elementis nisi in compositione ꝛ figura: sicut est dispositio in domo que fit ex lateribus ꝛ lapidib⁹ Deinde dixit: aut sicut dixit Empedocles ꝛc̄.i. aut sicut dixit Empedocles q mistio ꝛ mutatio mistorum sunt in mistione nature rerum generabilium. s. q forme ꝛ substātie rerum generabilium sunt in mistione ꝛ mutatione. s. i mutatione partium: ꝛ iste homo lz expressit hoc nomen mistio: tamen non opinabatur verā mistionē esse fz q Aris. narrauit alibi: sed solummodo per mistionez intendebat compositionem. Deinde dixit: ꝛ huiusmodi vocant homines naturam ꝛc̄.i. ꝛ signum eius q natura simpliciter dicitur de forma: est: quoniam omnes homines non dicunt in eo q generatio est anteq̄ generetur q habeat naturaz donec habeat formam ꝛ exemplar: sicut non dicunt in aliqua rerum artificialium esse factum donec acquirat forma. Deinde dixit: natura enim ꝛc̄. naturalia enim constituūtur ex duabus naturis. s. materia ꝛ forma. Uerbi gratia: animalia ꝛ membra animalium: vtraqz enim componuntur ex materia ꝛ forma. Deinde dixit: ꝛ dicitur natura ꝓma materia ꝛc̄.i. ꝛ natura dicitur de materia: ꝛ materia dicitur duobus modis. dicitur enim materia prima communis omnibus: ꝛ dicitur etiaz materia propria vnicuiqz enti. Deinde dixit: ꝛ dedit exemplum: sicut res facte ex cupro ꝛc̄.i. ꝛ materia propinqua que dicitur esse ꝓma in respectu alicuius generis aut alicuius speciei est sicut cuprum ad omnia facta ex eo: ꝛ materia que est prima i rei veritate ad omnia facta ex cupro est aqua si aqua est prima materia liquabilium quorum cuprum est vnum. Deinde dixit: ꝛ dicitur natura ꝛc̄.i. ꝛ dicitur hoc nomen natura de formis ꝛ de aliis substantijs. s. de materia ꝛ composito ex materia ꝛ forma. sm q hoc nomen fuit trāsumptum: quoniam hoc nomē natura in rei veritate proprii est alicuius subiecti scilicet forme alie aut substantie que dicuntur natura in respectu alicuius generis aut alicuius speciei: est sm transumptionem nominis de causa ad causatum. Deinde dixit: manifestum est igitur q prima natura ꝛc̄.i. declaratum est igitur ex predictis q hoc nomen

UVA. BHSC. IyR_012

natura primo dicitur de substantia que ē forma que ē ꝑn cipium motus in rebus naturalibus essentialiter ⁊ primo ⁊ ꝙ materia non dicitur natura nisi quia recipit istam naturam:⁊ etiam motus generationis ⁊ augmenti nō di cuntur nature:nisi quia sunt vie ad istam naturam que ē forma ⁊ principium illi: ⁊ forma existit in eis modo sim plici.s.in motu inter potentiā puram ⁊ actum purum:sci licet ꝙ vna pars eius est potentia ⁊ alia actu.

Necessarium dicitur sine quo non contingit esse aut viuere quasi concausali: vt respirare ⁊ ci bus aiali necessarium:nam sine his esse est ipos sibile:⁊ sine quibus homini bonum non contin git:aut esse:aut fieri:aut aliquod malum expelle re:aut priuari veluti bibere pharmacum necessa rium vt non laboret:⁊ ad eginā nauigare vt pe cuniam recipiat.amplius vim faciens ⁊ vis:hoc autē ē qō preter impetum ⁊ per voluntatem im pediens ⁊ prohibens. violentum enim necessa rium dicitur : quapropter ⁊ triste sicut ȩnonus ait:omnis enīz res necessaria tristis ē:⁊ vis necef sitas quedaz est:vt Sophocles dicit: sed vis me facere hoc cogit:⁊ videtur necessitas nō aliquid increpabile esse recte:contrarium enīz motui sm preuoluntatem ⁊ sm cogitationez.Amplius qō non contingit aliter se habere necessarium dici mus sic se habere:⁊ sm hoc necessariuz ⁊ alia di cuntur aliqualiter omnia necessaria. violentum enim necessarium dicitur aut facere aut pati:tūc quando non contingit sm impetum propter co gens vt hanc necessitatem existentē propter quā non contingit aliter:⁊ in concausalibus viuendi ⁊ boni similiter:nam qum non contingit:hic q- dem bonum:illic vero viuere ⁊ esse sine aliquib' necessaria hec ⁊ causa necessitatis quedaz ē hec Amplius demonstratio necessariorum est quia non contingit aliter se habere si demonstratum ē simpliciter.huius autem causa est que prima sūt si impossibile aliter se habere ex quibus ē syllo- gismus:horum quidem vtiqz altera causa essen di necessaria:horum autem nulla:sed propt hec alia sunt ex necessitate:quare primum ⁊ necessa- rium proprie quidem simplex est:hoc enim non contingit pluribus modis habere:quare nec ali ter ⁊ aliter:iam enim pluribus modis vtiqz ha- beret ergo siqua sunt sempiterna ⁊ immobilia nihil illis est violentum : nec etiam preter natu- ram.

Et necessarium est illud quod impossibile est vt res sit nisi cum ipso ⁊ est tanqz causa : sicut anhelitus ⁊ nutrimentuz in animalibus que sūt necessaria:⁊ sine his impossibile est vt animal sit ⁊ etiam necessarium est ꝙ impossibile ē nisi per illud vt sit:aut non sit bonum:aut negare bonū: aut priuare ipsum:sicut dicitur ꝙ accipere medi cinam est bonum ne ei accidat infirmitas: ⁊ na- uigare ad athenas est necessarium vt recipiatur debitum.⁊ etiam dicitur necessarium de faciente violentiam:⁊ de violentia:⁊ hoc est quod impe dit voluntatem.faciens enim violentiam dicitur necessarium:⁊ ideo est contristans etiam sicut di xit ȩnonus:ꝙ omne necessarium est contristās ⁊ violētia ē aliqua necessitas:sicut dixit Sopho cles:ꝙ violentia de necessitate cogit me vt hoc faciam:⁊ existimatur ꝙ necessitas non facit opi- nantem aliquod verū reuerti ⁊ mutari a sua opi nione:quia est contrarium motui qui fit per vo luntatē ⁊ cogitationē etiā.⁊ etiā dicitur neceſſa- rium illud quod impossibile est vt sit alio modo ⁊ sm huiusmodi necessarium dicuntur omnia alia necessaria aliquo modo.dicitur enī actio ne cessaria vel passio necessaria vel illud quod im possibile est ire propter faciens violentiam:⁊ ita necessitas est illud propter quod impossibile est vt sit aliquid alio modo.⁊ similiter in causis vite ⁊ boni:quoniam qum impossibile est vt bonuz sit in quibusdaz rebus neqz est vita neqz genera tio sine aliquibus alijs:illa igitur sunt necessaria ⁊ causa est aliqua necessitas. hec igitur est decla ratio necessariorum:quoniam ipossibile ē vt sint alio modo ab eo quod demonstratuz est modo simplici.⁊ causa eius prima est si fuerit possibile vt sit alio modo vt sit syllogismus congregatio: quedam enim habent aliam causam necessariaz ⁊ quedam nihil sed alia erunt necessaria propter ista:manifestum est igitur ꝙ primum necessariuz in rei veritate est simplex:⁊ impossibile est vt illō sit multis modis:ergo neqz alio modo:sed si nō erit multis modis : ergo si fuerit res simplices ⁊ eterne ⁊ imobiles:nulla earuz erit violenta neqz extra naturam.

6 Dicit ꝙ necessitas ⁊ necessarium dicuntur multiplici ter.dicitur enim illud ꝙ impossibile est ꝙ esse rei conser- uetur nisi per illud:⁊ ē quasi causa illius in permanentia eius:sicut anhelitus ⁊ cibus animalium . Deinde dixit:⁊ etiam necessarium illud ⁊c̄.idest ⁊ necessarium dicit alio modo:scilicet illud quod impossibile est acquirere aliq̄d aut suam priuationem nisi per illud siue bonum fuerit si- ue malum:sicut dicitur ꝙ accipere medicinam est necessa rium ne accidat maluz:⁊ nauigatio ad athenas est neceſ- sarium ad recipiendum pecuniam a debitore:⁊ hoc ē ac- quirere malum propter bonum: ⁊ istud differt a primo: quia primum ē in rebus naturalibus ⁊ istud in volunta riis. Deinde induxit tertium modum:⁊ dixit:⁊ dicitur ne cessitas de actione violenta.faciens enim violentiaz coget rem ad illam violentiam : sicut dicitur ꝙ rex cogit Soz. necessario ad interficiendum Platonem.⁊ quia necessitaſ ē contra voluntatem:⁊ voluntas ē delectabilis:⁊ necessi- tas ē contristabilis:sicut dicitur de verificatore qui dicit: ꝙ omne quod cogit hominem necessario ē constristabile Deinde dixit:⁊ existimatur ꝙ necessitas ⁊c̄.idest ⁊ dicitur necessitas vera opinio de qua ipossibile ē reuerti. opinās enim opinionem hanc non habet opinionem vt a scōa re uertatur:⁊ ē sicut dixit contra voluntatem. Deinde indu- xit quartum modum:⁊ dixit:⁊ etiam dicitur necessariuz ⁊c̄.idest ⁊ etiam dicitur necessarium illud quod impossi- bile est vt sit alio modo:scilicet ꝙ impossibile est transmu tari aut inueniri alio modo ab eo sm ꝙ est:⁊ iste modus ē famosior omnium modorum istorum:⁊ ideo dixit: ⁊ sz illud necessarium dicuntur ⁊c̄.idest ⁊ ex hoc modo tran sumptum est hoc nomen necessariuz ad omnia que dicū tur necessaria propter consimilitudinem veram inter illā Deinde induxit modum cōsimilitudinis inter ea: ⁊ dixit: dicitur enim actio necessaria ⁊ actiōes necessarie ⁊c̄.idest ⁊ ista de quibus dicitur necessarium non dicuntur neceſ saria nisi propter cōsimilitudinem quā habent cum vero necessario.non enim dicuntur actiones necessarie:nisi qa necessariuz est illud quod impossibile est vt aliquid agat aliud ab actione illa propter faciens violentiā: ⁊ illud qō impossibile est vt ab eo iueniatur illa actio sm quā patiē violentiā

violentiam neceſſe eſt vt in eo inueniatur modus vere ne ceſſitatis: ⁊ eſt illud in cuius natura eſt vt non ſit alio mo do. Deinde dixit ⁊ ſimiliter in cauſis vite ⁊ boni ⁊c̃. ideſt ⁊ ſimiliter hoc q̃ dicimus de cauſis que ſũt neceſſarie in vita ⁊ in eſſendo bonum: iſte cauſe ſũt accepte ex hoc mo do vero. Deinde expoſuit hoc ⁊ dixit: quoniam quum im poſſibile eſt ⁊c̃. ideſt res enim quas impoſſibile eſt vt in ueniatur in eis bonum aut vita: ⁊ vniuerſaliter generatio ſine cauſis ille res dicuntur neceſſarie: quoniam quum im poſſibile ẽ vt ſint alio mõ ſcilicet ſine illis cauſis ⁊ iſte ſũt neceſſarie ꝓpter ſuas cauſas: illa autem que ſunt neceſ ſaria ꝓpter alia ſunt neceſſaria quoquo modo: ⁊ hoc i tendebat quum dixit: ⁊ cauſa eſt aliqua neceſſitas: ⁊ dixit hoc: quia entia neceſſaria in rei veritate ſunt illa que ſũt neceſſaria per ſe ſine cauſa: ⁊ ideo deſcriptio neceſſarij eſt iſtud: q̃ impoſſibile eſt vt ſit alio modo: ⁊ hoc diuiditur duobus modis: quorũ vnus eſt iſte: q̃ impoſſibile eſt vt ſit alio modo per ſe: ⁊ hoc eſt neceſſarium ſimpliciter q̃ quidam moderni appellant ineuitabile in eſſe. Secundũ eſt illud quod fit ꝓpter aliud ſm quem modum dicunt quidam moderni debitum ⁊ neceſſarium per aliud: ⁊ qũ induxit hunc modum modorũ neceſſariorum: dixit: hec igitur declaratio eſt ⁊c̃. ideſt ⁊ declarat rationem neceſſa rij: ⁊ facit eam etiam intelligi in omnibus rebus neceſſa rijs hoc q̃ impoſſibile eſt vt ſit alio modo ab eo ſm q̃ eſt ⁊ hoc eſt illud quod eſt ſimplex non compoſitum. Deinde dixit: ⁊ cauſa eius ꝓxima ⁊c̃. ideſt ⁊ cauſa rerum quas impoſſibile eſt vt ſint alio modo eſt pars media accepta in ſyllogiſmo concludente: quoniam ſi terminus medius fuerit de natura poſſibili erit illa res de natura poſſibili: ⁊ ſi fuerit de natura neceſſaria erit illa res de natura ne ceſſaria. Et hoc etiã ẽ duob⁹ modis: aut vt terminus me dius ſit cauſa illius: ⁊ tunc non erit ex rebus que ſunt ne ceſſarie niſi ꝓpter hoc q̃ cauſe eorum ſunt neceſſarie: ⁊ ſi terminus medius non fuerit cauſa erunt ille res neceſ ſarie per ſe: non per cauſam dantes eis neceſſitatem: ⁊ iſte res ſunt ſimplices que non habent cauſas. Deinde dixit: manifeſtum eſt igitur ⁊c̃. ideſt declaratum eſt igitur q̃ ens neceſſarium eſt in rei veritate ſimplex quod nõ componi tur ex materia ⁊ forma: ⁊ q̃ impoſſibile eſt vt ſit multis modis: ⁊ ſimiliter eſt impoſſibile vt ſit alio modo ab eo ſm quem eſt: quoniam ſi eſſet poſſibile vt eſſet alio mo do: poſſibile eſſet vt eſſet multis modis: ⁊ dixit hoc: quo niam ſi fuerit poſſibile vt ſubſtãtia eius mutaretur i aliũ modum non erit illic natura cogens vt mutatio nõ ſit in multos modos: quoniam ſi fuerit poſſibile mutari in ali quam ſpeciem: tunc natura eius erit de natura poſſibilis recipientis multas ſpecies. Deinde dixit: ſi igitur ſunt res ſimplices ⁊c̃. ideſt: ſi igitur ſunt entia ſimplicia ⁊ eterna ⁊ immobilia vt declaratum eſt alibi nullam eorum acquirit eſſe neceſſarium ab aliquo alio in eis neq; eſt extra na turam: ⁊ dixit hoc: quia in compoſitis eſt natura addita nature componentium ſcilicet illud quod fit ex compoſi tione.

Unum dicitur aliud ſm accidens: aliud ſm ſe. ſm accidens quidem: vt Coriſcus ⁊ muſicus ⁊ Coriſcus muſicus. idem enĩ eſt dicere Coriſc⁹ q⁹ muſicũ: ⁊ Coriſc⁹ muſic⁹ ⁊ muſicũ ⁊ iuſtum: ⁊ muſicus ⁊ iuſtus Coriſcus: oĩa enim hec vnuꝫ dicuntur ſm accidens. iuſtum quidez ⁊ muſicuꝫ quia vni ſubſtantie accidunt: muſicũ vero ⁊ Co riſcus quia alterum alteri accidit. ſimiliter autem ⁊ modo quodam muſicus Coriſcus cum Co riſco vnum: quia altera partium alteri accidit eo rum que ſunt in oratione: vt muſicum Coriſco: ⁊ muſicus Coriſcus iuſto Coriſco: quia vtriuſq; pars eidez vni accidit: nihil enim differt q̃z Cori ſco muſicum accidere. ſimiliter autem ſiue in ge genere ſiue i vniuerſalis alicuius nominibus di catur accidens: vt quia homo idem ⁊ muſic⁹ ho mo: aut enim quia homini vni exiſtenti ſubſtan tie accidit muſicum eſſe: aut quia ambo ſingula rium alicui accidunt: vt Coriſco: tamen non eo dez modo ambo inſunt: ſed hoc quidem forſan vt genus ⁊ ſubſtantia: illud vero vt habitus aut paſſio ſubſtantie: ergo quecunq; ſm accidens dicuntur vnũ hoc modo dicuntur.

Unum dicitur aut per accidens aut per ſe: per accidẽs ſicut nauigator ⁊ muſicus. dicere enĩ q̃ nauigator ⁊ muſicus ſunt vnũ non eſt per dif ferentiam eſſentie: quia accidit nauigatori muſi cum: ⁊ ſimiliter dicitur accidens in genere etiam ⁊ i rebus vniuerſalibus. Verbi gratia: q̃ homo ⁊ homo muſicus ſunt vnum: aut quia muſicum accidit vtriq; homini qui eſt ſubſtantia vna: aut quia vterq; accidit alicui particularium: ſicut na uigatori: ſed eſſe vtriuſq; non eſt eodem modo: ſed vnum eorum debet eſſe quaſi genus in ſub ſtantia etiaꝫ: ⁊ aliud quaſi habitus aut paſſio in ſubſtantia: omnia igitur que dicuntur vnum per accidẽs hoc modo dicuntur.

⁊ Dixit: per accidens ſicut nauigator ⁊ muſicus ⁊c̃. ideſt Verbi gratia: quãdo accidit q̃ aliquis ſit nauigator ⁊ mu ſicus. dicitur enim q̃ nauigator ⁊ muſicus ſunt idem per accidens. nauigator enim ⁊ muſicus ſunt differentie acci dentales eſſentie illius de quo dicuntur ſcilicet hominis ⁊ dixit hoc: quoniam ſi eſſent differentie ſubſtantiales ei⁹ de quo predicantur: tunc congregatum ex eis eſſet vnum eſſentialiter: ſed ſunt accidentia ſubiecti: ⁊ hoc intendebat quum dixit: quoniam accidit nauigatori muſicum ideſt ⁊ hec duo ſunt vnum per accidens quia accidunt vni. Dein de dixit: ⁊ ſimiliter dicitur vnum per accidens ⁊c̃. ideſt ⁊ ſimiliter dicitur vnum per accidens de genere quod ẽ vnũ aim aliquo accidente magis particulari. Verbi gratia: di cere iſte eſt homo muſicus: aut dicere q̃ homo ⁊ homo muſicus ſunt vnum. Deinde dedit modum ſm quem cõ gregatum ex iſtis eſt vnum p⁹ accidens: ⁊ dixit: aut quia muſicus ⁊c̃. ideſt aut quia muſica accidit ambobus homi nibus qui ſunt ſubiecta ſcilicet homini qui eſt tanq̃ gen⁹ ⁊ homini cui accidit muſica: quoniam iſti duo homines vniuerſalis ⁊ particularis ſcilicet cui accidit muſica ſunt vnum eſſentialiter: ⁊ muſica accidit particulari: ergo acci dit vniuerſali: aut dicitur q̃ homo muſicus eſt vnum: q̃a humanitas ⁊ muſica accidunt vni particulariuꝫ ⁊ in vno ⁊ quia hoc non eſt ſimile dicere quia edificato: ⁊ muſicuſ ſunt vnum quia ſunt in vno ſubiecto: dedit differentiam ⁊ dixit: ſz eſſe vtriuſq; ⁊c̃. ideſt ſed eſſe humanitatis ⁊ mu ſice in vno ſcilicz particulari non eſt eodẽ modo: ſed vnũ iſtorum eſt tanquam genus in eo q̃ eſt ſub particulari: ⁊ ambo ſunt de natura ſubſtãtie ſcilicet humanitas exiſtẽs in homine particulari: ⁊ aliud eſt tanquã accidens ſcilicet muſica exiſtens in iſto particulari: ſicut accidens exiſtit in ſuo ſubiecto ⁊ paſſio: ⁊ dixit hoc: quoniam dicere q̃ mu ſicus ⁊ edificato: ſunt vnum per accidens: eſt: quia exiſtit in vno particulari ⁊ eodem modo: ⁊ habent eandem mu ſicam ſcilicet naturam accidentis: humanitatem autem ⁊ muſicaz exiſtere in vno particulari non ẽ ſic: hoc enĩ ẽ ſub ſtantia: hoc autem accidens.

Secundũ ſe vero vnũ dictorum alia dicũt

UVA. BHSC. IyR_012

eo q̄ continua sunt: vt onus vinculo: ⁊ lignuz cū viſco: ⁊ linea ⁊ ſi reflexa ſit continua aut vna dicitur: ſicut ⁊ partium ſingule tibia ⁊ brachium: ipſorum autem magis vnum continuuz natura q̄z arte. Continuum vero dicitur cuius motus vnus ſm ſe: ⁊ non poſſibile aliter, vnus autez cuius indiuiſibilis. indiuiſibilis autem ſm tempus ſm ſe autem continua quecunqz non tactu ſunt vnum. nam ſi ponis ſe tangentia ligna nō dices hoc vnum eſſe nec lignum nec corpus nec aliud continuū nullū. que itaqz omnino ſunt cōtinua vnum dicuntur quāuis reflexionem habeant: ⁊ adhuc magis que non habent reflexionem: vt tibia aut crus q̄z ſubcleos: quia contingit nō vnū eſſe motuz ſubclei. ⁊ recta q̄z reflexa magis vnū reflexam vero ⁊ angulum habentem vnaz ⁊ nō vnaz dicimus: quia contingit non ſimul eſſe motuz eius ⁊ ſimul. recte vero ſemper ſimul: ⁊ nulla pars habens magnitudinem: hec quidem quieſcit: hec autē quidez mouet quēadmodū reflexe.

Eorum autē que dicuntur vnum per ſe: qōdam dicitur vnum per continuationem vt lignū conglutinatum eſt: aut illa que congregantur a ligamento: ⁊ linea ſi fuerit curua dicitur etiā vnū continuum ſicut dicitur vnūquodqz membroꝝ ⁊ ſicut crus ⁊ focile: ⁊ iſtorum etiā eſt magis vnū quodqz continuum per naturam q̄z illud quod eſt continuum per artificium. ⁊ dicitur continuū illud cuius motus eſt vnus per ſe: ⁊ non pōt eē alio modo. ⁊ dicitur vnus motus ille qui non diuiditur ſz temp⁹. ⁊ continua per ſe ſunt illa que ſentiuntur ſm tactum vnum. ligna enī continua ad inuicem non dicuntur vnum qum tanguntur neqz corpus neqz aliud continuum. illa autem que ſunt perfecte continuationis dicuntur vnuz ⁊ ſi habeāt tortuoſitatem: ⁊ iſtoꝝ eſt magis vnū quod nō habet tortuoſitatē ſicut crus aut corpa impoſſibile enim eſt vt motus cruris non ſit vn⁹ ⁊ linea recta eſt magis in vnitate q̄z tortuoſa. ⁊ dicitur q̄ linea tortuoſa que habet anguluz etiā eſt vna ⁊ non vna: poſſibile enīz eſt vt motus ei⁹ ſit vnus inſimul ⁊ non ſit inſimul. linea autem recta oportet vt motus eius ſit inſimul: ⁊ nullū corpus habens rectitudinez q̄eſcit in vna parte ⁊ mouetur ſm aliam ſicut ptes linee tortuoſe.

8 Dixit Ari. q̄ vnum per ſe ⁊ eſſentialiter quoddam dicitur vnum quod eſt continuum. ⁊ continuum: aut eſt cōtinuum per conglutinationem: aut per ligamentum: aut naturaliter ſicut linea: ⁊ ſuperficies: ⁊ corp⁹. Deinde dixit: ⁊ linea ſi fuerit tortuoſa ꝛc̄. ideſt ⁊ continuum naturaliter aut eſt rectum aut tortuoſum ſiue curuū: ſicut crus ⁊ multa membra in quibus eſt tortuoſitas. Deinde dixit: ⁊ iſtorum ꝛc̄. ideſt ⁊ eorum que dicuntur vnum per continuationem magis eſt vnum illud quod eſt continuum per naturam q̄ illud quod eſt continuum per artificium. Uerbi gratia: per ligamentum aut per conglutinationem. Deinde dixit: ⁊ dicitur continuum illud cuius motus ꝛc̄. ideſt ⁊ dicitur cōtinuū in rei veritate illud qō mouet ex ſe vno motu in quo non eſt poſſibile vt ſit motus alterius modi ſicut eſt motus corporis celeſtis. Deinde narrauit qualis eſt vnus motus: ⁊ dixit: ⁊ dicitur vnus motus ille qui non diuiditur ſm tempus: ideſt quia non diuiditur neqz ſm tempus neqz ſm intentionem: ſcilicet quia non erit in duobus temporibus neqz erit in duobus modis: ꝛ ſit in vno tempore. Deinde dixit: ⁊ continua ſunt illa ꝛc̄. ⁊ hoc quod dixit: manifeſtum eſt: ⁊ eſt q̄ corpora continua ſunt illa in rei veritate per tactum ⁊ viſū continua: ⁊ forte erūt neceſſarij iſti duo ſenſus ſcilicet quia vnus iuuat alterum ⁊ multotiens coniunguntur corpora per artificiū tali modo q̄ tactus ⁊ viſus falluntur ⁊ reputant ea eſſe continua ⁊ cauſa huius quia continuatio eſt de ſenſibilibus cōmunibus. Deinde dixit illa autem que ſunt perfecte cōtinuationis ꝛc̄. ideſt illa autem que ſunt perfecte continuatiōis per naturam dicuntur vnum ꝛz non ſint recta ꝛz in eis fuerit aliqua tortuoſitas: ſicut crus ⁊ coxa ſcilicet quia dicit vnum crus ⁊ vna coxa. Deinde dixit: poſſibile eſt enim vt crus non ſit vnum ideſt ⁊ tortuoſum minus eſt vnum: q̄ poſſibile eſt diuidi crus in duas ptes ⁊ nō remanere vnuz ſ. i loco tortuoſitatis. D. d. ⁊ dicit ⁊ linea recta ꝛc̄. i. ⁊ linea recta magis vnū ē q̄ tortuoſa: qm̄ tortuoſa ē q̄ſi cōpoſita ex duabus lineis. in linea enī tortuoſa ſunt tria puncta qū habuerit anguluz: ⁊ ideo dixit: ⁊ dicitur q̄ linea tortuoſa ꝛc̄. i. ⁊ dicitur q̄ linea habens angulum eſt vna vno modo ⁊ non vna alio modo. ſm enim q̄ terminatur a tribus punctis eſt non vna: ⁊ ſm q̄ vnum extremorum ē apud angulum eſt vna: ecōtrario de linea curua. Deinde dedit cauſam in hoc: ⁊ dixit: poſſibile enim eſt ꝛc̄. ideſt partes enim linee tortuoſe qum mouentur ſm totum non mouētur partes equaliter: ſed quedam citius quibuſdaz: ⁊ ſicut iudicatur de illa q̄ motus partium ſunt inſimul: quia motus eſt in eodem tempore ⁊ non inſimul: quia diuerſātur in velocitate ⁊ tarditate; linea autez recta mouetur ſm totum inſimul. ⁊ poteſt intelligi q̄ qum linea tortuoſa mouetur poteſt diſtingui altera linearum ab altera apud angulum ⁊ non mouebuntur inſimul: quod impoſſibile eſt in linea recta. ⁊ intelligendum eſt per lineam corp⁹. linea enim non mouetur. Deinde dixit: ⁊ nullum corpus habens magnitudinem ꝛc̄. ideſt ⁊ nulla magnitudo recta in inuenitur cuius quedam pars quieſcat ⁊ quedam mouetur ſicut inuenitur in linea habēte angulū quia ē compoſita ex duabus lineis.

Amplius alio modo dicitur eo q̄ ſubiectuz ſit ſpecie indifferens. indifferens vero vt quoruz indiuiſibilis ſpecies ſm ſenſum: ſubiectum autez aut vltimum aut primum ad finem. Uinum enī vnum dicitur: ⁊ aqua vna inquantum indiuiſibile ſm ſpeciem. ⁊ liquores omnes vnum dicūtur vt oleum vinum ⁊ fluida: quia omnium vltimuz ſubiectum idem: nam aqua aut aer oia hec ſunt.

Et dicitur etiam vnum alio modo quorum ſubiectum non diuiditur ſm formam. ⁊ illa non diuiduntur ſm formam quorū forme non diuiduntur ſm ſitum: ⁊ ſubiectum aut primum aut vltimum quod eſt prope complementuz. dicitur enim vinum vnum ⁊ aqua vna quz non diuidātur ſm formā. ⁊ dicuntur omnia liquabilia vnū ſicut oleum ⁊ vinum ⁊ omnia liquida: quoniam ſubiectum omniū aliorum eſt vnū: ⁊ oia ſunt aut aqua aut aer.

9 Idem ⁊ dicuntur vnum illa que ſunt vnum ſm formā ⁊ diuiſibilia ſm quantitatem: ⁊ ſunt illa que ſunt conſimilium partium que partes cōueniūt in nomine ⁊ diffinitione: ⁊ iſta ſicut dixit non diuiduntur ſm ſubiectum ⁊ ſm locum. ⁊ quia forma in qua conueniūt: aut eſt vltima forma que ē finis in generatione: aut forma prior iſta: dedit exemplum de poſtrema forma. ſ. per quam vocatur compoſitum. ſ. Uerbi gratia per quam vinum dicitur vinum ⁊ aqua aqua. partes enim aque ſunt aqua ⁊ vinum vinū Deinde dedit exemplum eorum que conueniunt ī forma

UVA. BHSC. IyR_012

remota a postrema forma: sicut aquâ ⁊ oleum quę conueniunt in forma liquiditatis: ⁊ hoc intendebat quꝫ dixit subiectum enim omnium istorum est vnuꝫ: ⁊ omnia: aut sunt aqua: aut aer.

Dicuntur autem vnum ⁊ quorũ genus vnũ differens oppositis differentijs. ⁊ hec dicunt oia vnum quia genus vnuꝫ quod subijcitur differẽtijs: vt homo equus canis vnum quidem qꝫ oia animalia: ⁊ modo itaqꝫ simili sicut materia vna. ℔ autem quandoqꝫ quidem ita vnum dicuntur quãdoqꝫ vero genere superiore ꝙ idem dicitur si sint vltime spẽs generis superioris his: vt Isocheles ⁊ Isopleurus sut vna ⁊ eadem figura: qꝫ ambo triangulus: sed trianguli non idem.

Et etiam dicuntur vnum quorum genus ẽ vnum: ⁊ differunt per differentias subiectas eis sicut homo ⁊ equus ⁊ canis: ⁊ sicut dicit omnia animalia sunt vnum ⁊ prope istum modũ est dicere ꝙ materia est vna. ⁊ ista igitur forte dicũtur vnum ſm hunc modum: ⁊ forte dicuntur vnum ſm genus superius: qum sint postrema forma superioris generis. Verbi gratia: sicut Isocheles ⁊ Isopleuros: quoniam dicuntur vna figura eadem: ambe enim sunt trianguli: ⁊ non dicuntur idem triangulus.

Jdeſt ⁊ qum iam diſtixerimus prius ſm quot modos dicitur ſubſtātia: ⁊ dixerimus q̄ vna illarū eſt illud quod inducit̄ in reſponſione ad quid eſt hoc indiuiduū demonſtratum; cōſideremus de hac ſubſtantia quā ſignificat diffinitio quid ſit. Deinde. d. cauſam propter quā incepit perſcrutari de hac ſubſtātia que eſt principiū iſtarū ſenſibiliū ⁊ dixit; cōſideremus in eo ⁊c̄. i. quoniā ita eſt de cognitione ſpeculatiua in iſtis rebus ſicut de operatiua: quia quēadmodū artificia que primo facta ſunt trāſſert artifex abeis ad artificiata que ſunt manifeſtiora apud artificiū: quz illa ſint manifeſtiora apud nos: ita eſt de cognitione ſpeculatiua: ⁊ hoc intēdebat qum dixit: ⁊ ſimiliter de doctrina ⁊ ſimiliter eſt proceſſus doctrine in omnibus ſcientijs preterq̄ in mathematicis. ſ. q̄ in eis procedit ex eis que ſunt maioris cognitionis apud nos: ⁊ minoris cognitiōis apud naturā ad illa que ſunt maioris cognitionis apud naturā ⁊ ab hoc incepit libz̄ ſuum in phyſicis. Deinde dixit: ⁊ ſimiliter in operatione ⁊c̄. i. ⁊ ſimiliter in operationibus humanis. ſ. artificijs actiuis ut in arte regiminis ciuitatū: ⁊ in arte medicandi. iſta enim nō inueniūt bonum vniuerſale niſi ex rebus que ſūt bone vnicuiq; homini qum iſte ſint manifeſtiores apud nos. Deinde dixit: ⁊ ſimiliter ex eis q̄ ſunt cognita ⁊c̄. i. ⁊ ſimiliter tranſferunt̄ de cognitione ſingularium rerum que ſunt manifeſtiores apud nos ad vniuerſalia que ſunt manifeſtiora apud naturā. Deinde dixit ⁊ erunt cognita cuilibet. i. ⁊ in poſtremo erūt vniuerſalia cognita cuilibet: quia particularia ſunt cognita cuilibet. Deinde dixit: ⁊ illa que ſunt cognita cuilibet ⁊c̄. i. ⁊ illa q̄ ſunt cognita cuilibet ſunt pauce ⁊ parue cognitionis in reſpectu eorū que ſunt cognita apud naturā. Deinde dixit: aut nihil eſt in eis de cognitione entis. i. ⁊ in eis que ſunt prima cognita a nobis: aut nihil eſt de cognitione entis aut modicum. ſ. ex eis̄ peruenit̄ ad cognitionē perfecti entis̄ Deinde dixit: ſed tamē neceſſe eſt ⁊c̄. i. ſed tamen qum impoſſibile ſit aliud ab hoc neceſſe ſcire ex eis que ſunt male cognitionis: quia habent cognitionē particularē ad illa que cognoſcunt̄ p̄ cognitionē vniuerſalē tranſferendo de cognitione naturaliū iſtarū ſubſtantiarū ſenſibiliū ad ſubſtantiam ſimplicem qne cognoſcit modo vniuerſali. ſ. que continet omnes ſubſtantias.

Et primo dicemus quedam de ipſo logice quid eſt quodquideratеſſe vnūquodq; quod dicitur ſm ſe: nō eſt tibi eſſe muſicuz eſſe: non enim ſm teipſum es muſicus. quod ergo dicitur ſm te ipſum nec etiā hoc omne. nō enim quod ita ſm ſe ut ſuperficiei albū: quia non eſt ſuperficiei eſſe album eſſe. At ỽo neq; quod eſt ex vtriſq; ut ſuperficiei albe eſſe: quare: quia adeſt ei hoc. in qua igitur nō inerit ratione ipſum dicente ipſum. hec ratio eius quodquideratеſſe ſingulis: quare ſi ſuperficiei albe eſſe eſt ſuperficiei eſſe ſemper albe: ⁊ leui eſſe idem eſſe ⁊ ỽnum.

Et iam diximus prius hoc in quibuſdā noſtris ſermonibus ſermone logico quid eſt illud quod ſignificatur per eſſentiam rei: ⁊ eſt illud qō dicitur per ſe. aliqd enī eſſe in loco non eſt ipſuz eſſe muſicum. muſicus enim ⁊ vbi nō ſunt idem per ſe: nec hoc eſt vniuerſale: nec illud quod eſt p ſe ſm hunc modum ut album ſuperficiei. eſſentia enim ſuperficiei non eſt eſſentia albedinis. ⁊ etiam non eſt illud quod eſt ex vtroq;. i. ſuperficies alba: ⁊ hoc propter additionē que eſt in diffinitione eius. diffinitio igitur in qua dicens non habet quid eſt diffinitio que eſt rei per ſuā eſſentiam. in quolibet ergo ſi eſſentia ſuperficiei albe eſt eſſentia ſuperficiei leuis: tunc albedo ⁊ leuitas ſunt idem.

ij Quia ſicut diximus perſcrutatur hic in maiori parte de propoſitionibus dialecticis; quarum vna eſt q̄ ſubſtantia rei eſt illud quod dicitur in reſponſione ad quid eſt: ⁊ hoc eſt indiuiduū ſubſtantie: ideo dixit: ⁊ iam diximus ⁊c̄. i. ⁊ iam deſcripſimus hanc ſubſtantiā alibi dialectica deſcriptione q̄ eſt illud quod ſignificat ſermo qui dat eſſentiam rei que eſt diffinitio. Deinde dixit: ⁊ ē illud quod dicitur per ſe. i. quod predicat eſſentialiter: ⁊ innuit primum modum predicabiliū eſſentialium. ſ. diffinitionē. declaratum eſt enim q̄ iſta predicabilia ſunt tria. ſ. genus ⁊ differentia: ⁊ diffinitio que cōponit̄ ex eis: que diffinitio eſt idē cum ſubſtantia rei: ⁊ vniuerſaliū predicabilia ſubſtantialia ſunt illa que adunantur cum ſubiecto ⁊ adunantur ad inuicem: ⁊ accidentalia e conuerſo. ⁊ qum declarauit q̄ illa ſubſtantia eſt illud quod ſignificat diffinitiones ⁊ partes diffinitionuz: ⁊ q̄ predicabilia ex quibus componuntur diffinitiones ſunt illa que adunantur cum diffinito.

UVA. BHSC. IyR_012

ꝛ adunant ad inuicem:incepit declarare quare sermones qui demonstrãt aliq̃d extrinsecũ qõ nõ inducit ad interrogationẽ de q̃ditate,ꝙ nec sũt diffinitiones nec partes diffinitionũ.D.d.aliq̃d enĩ in loco ꝛc̃.i.ꝛ necesse est ut illa q̃ demonstrant ꝑ aliq̃d extrinsecũ.i.ꝑ aliqõ accidẽs non sint diffinitiones:qm̃ si essent:cõtingeret ut accidẽtia ꝑdicabilia de aliq̃ essent eiusdẽ nature.idẽ enĩ videt disponi ꝑ plura accidẽtia:sed illud qõ ꝯgregat ex eis nõ est vnũ nisi per accidẽs:ꝛ diffinitio declarat substantiã rei: ꝛ illud qõ congregat ex eis est vnũ essentialiter.si igit diuersa accidẽtia existentia in aliq̃ declarãt substantiã illius erunt eiusdẽ rei ꝛ nature:ꝛ ꝫ intẽdebat qũ dixit:aliq̃d enĩ esse i loco ꝛc̃.i.ꝛ si aliq̃s interrogauit q̃d est hoc demonstratũ:ꝛ responderit quis ꝙ est hoc in loco ꝑ diffinitione:ꝛ aliq̃s rñderit ꝙ est musicus ꝑ diffinitione etiã ; tũc esset possibile ut nã musici ꝛ vbi esset idẽ qõ nõ est:ꝛ vlter ex hac positione.ix.predicamẽta essent eiusdẽ nature.i.nature substãtie:qm̃ sm ꝫ erũt differẽtie substãtiales:ꝛ ideo dixit:aliq̃d enĩ esse in loco ꝛc̃.D.d.nec etiã vle ꝛc̃.i.nec ista ꝑdicabilia qñ ꝑdicant de sb̃a sunt ꝑdicabilia vlia q̃ describunt in analecticis posteriorib⁹:aut intẽdit ꝙ nõ sunt vlia substãtialia: vt dictũ est i libro ꝑdicamentorũ.ꝛ quia sermones cõpositi ex accidentibus cõpositione ligata: quidã sũt ꝯiuncti ꝑ accidens ꝛ quidã ꝑ se.s.ꝑ secundũ modũ essentialiũ predicabiliũ q̃ enumerata sũt in posteriorib⁹.s. in quib⁹ subiectũ accipit in substantia ꝑdicati:ꝛ qum declarauit ꝙ illud qõ significat illa que sũt ꝑ accidens nõ est substãtia:incepit declarare ꝙ necꝫ etiã sermones cõpositi ex accidẽtib⁹ essentialib⁹ significãt hoc qõ est q̃ddita substantiarũ sensibiliũ:ꝛ dixit nec illud qõ est per se ꝛc̃.i.nec illud qõ significat diffinitio substãtie:ꝛ est illud qõ existit ꝑ se est sicut illud qõ significant hec vba superficies alba.D.d.essentia enĩ superficiei ꝛc̃.i.albedo enĩ nõ est quidditas superficiei qm̃ dicimus ꝙ superficies est alba sicut rationabilitas est q̃ddit̃as aialis:qm̃ dicimus aial rationale.D.d.ꝛ etiã nõ est illud qõ est ex ambobus ꝛc̃.i.nec illud qõ demõstrat iste sermo est aliq̃s cõpositũ vnũ ex ambob⁹ sicut illud qõ significat aial rationale.s.hõ. D.d.ꝓpter additionẽ que est i sua diffinitione .i.qm̃ cõpositũ ex duob⁹ diffinit cõposite ex duab⁹ diffinitionibus illorũ duorũ:ꝛ ideo sequit ut diffinitio albi sit cõposita ex diffinitione albedinis ꝛ diffinitione subiecti albedinis.ꝛ qꝛ in diffinitione albedinis accipit diffinitio subiecti:cõtingit ꝙ i diffinitione albi accipiat diffinitio subiecti bis.ista igit est additio que accipit i diffinitiõe albi: ꝛ hoc nõ accidit ex cõpositis ex substãtijs.U.g.qm̃ diffinitio hominis cõponit ex aialitate ꝛ rationalitate : ꝛ nõ accidit ex hoc iteratio que accidit i cõposito ex substãtia ꝛ accidẽte. D.d.diffinitio igit ꝛc̃.i.diffinitio pfecta est sermo:qui quꝫ cõplet nõ remanebit i eo aliqõ ens in actu de quo interrogat ꝑ quid:qum i eo sit data quidditas ꝙ est esse illius rei ꝛ nõ est i eo ens additũ suo enti.ꝛ ista est differẽtia inter diffinitiones substantiarꝫ ꝛ diffinitiones accidẽtiũ:ꝛ.q.d.sermo igit i quo nõ inuenit ens de q̃ interrogat ꝑ q̃d est diffinitio pfecta q̃ dat causã rei q̃ est q̃ddit̃as i vnaquaq̃ rerꝫ. D.d.post:qm̃ si essentia superficiei albedinis ꝛc̃.i.ꝛ si aliq̃s posuit ꝙ q̃ddit̃as superficiei est albatio:aut q̃ddit̃as albedinis est superficies disponit ꝑ plures dispositiones diuersas: cõtinget ut oẽs alie dispositiones sint eedẽ: ꝛ ꝙ cõgregatũ ex eis sit idẽ:ꝛ sic albedo ꝛ leuitas ꝛ alie dispositiones quibus disponit superficies essent eedẽ:ꝛ e cõtrario in ꝑdicabilibus substãtialib⁹.rationalitas enĩ est differẽtia substãtialꝫ existens in quidditate animalis rationalis.

Quoniã vo sunt ꝛ sm aliquas cathegorias cõposita est enim aliud subiectũ cuiꝫ ut qualitati ꝛ quantitati:ꝛ quãdo:ꝛ vbi : ꝛ motui.perscrutandũ ergo si est ratio ipsius quodquideratesse: cuiusꝫ ipsorum esse ꝛ inest his ipsum quodq̃d erateſſe : ut albo homini quodq̃derat albo homini:sit nanꝫ nomẽ ipsi vestis quid est vesti eẽ. At vo neqꝫ sm se dictorũ nec hoc: aut ipsum nõ sm se dupliciter dicit:ꝛ hu⁹ est aliquid:hoc quidem ex additione: illud vo nõ.hoc quidẽ enim eo ꝙ ipsum alij adijcit qõ diffinit : ut si albo esse diffiniens dicat albi hominis rationẽ.hoc autẽ eo ꝙ aliud ipsi:ut si significat vestis album hominem:diffiniat vestẽ ut albũ : albus itaqꝫ homo ẽ quod albũ:nõ tamẽ quodquideratesse albo esse sed vesti esse:ergo est quodquideratesse aliquid: aut totaliter aut nõ.quod quidẽ enim quiderat esse est illud quod aliquid erat esse. quando vo aliud de alio dicitur:non est quod quidem hoc aliud:ut albus homo:non est quod vere hoc aliquid:siquidem hoc substantijs inest solum.

Et qum sint cõposita ex alijs predicamẽtis: etiam aliquid est subiectũ cuilibet. Verbi gratia quantitati:ꝛ qualitati:ꝛ quando:ꝛ vbi:ꝛ motus perscrutemur igit vtrũ sit diffinitio cuiuslibꝫ istorum.erit igitur istis etiã illud qõ significat essentiam rei:ut homo alb⁹.sit igit ita ꝙ habeat hoc igitur nomen vestis.si igitur dicat quid est:dicet vestis:sed nõ ex eo quod est per se:nec hoc est aliquid ex eo qõ est per se:sed modo simplici:ꝛ qõdam ex additione: ꝛ quoddã non.quoddã enim diffinit per diffinitionẽ alterius:sicut qui diffinit essentiã albedinis : ꝛ dicit diffinitionem hominis albi:ꝛ quoddã per aliã diffinitionẽ ut vestis:si significat hominẽ albuꝫ:ꝛ ipse diffinit vestẽ tanꝫ album.homo enim albus est albus:sed diffinitio eius non est diffinitio albi:ꝛ quia est vestis habꝫ diffinitionẽ que significat essentiã eius quod est. ꝛ diffinitio rei est illud qõ significat quid ẽ essentia rei.ꝛ qum aliud dicit de alio nõ est illud qõ ẽ istud. U.g.homo albus qm̃ nõ est:hoc enĩ non est nisi substantiarũ tm̃.

Intendit i hoc capitulo declarare ꝙ cõposita ex accidentibus ꝛ substantijs nõ habẽt diffinitionẽ sicut diffinitiones cõpositorũ ex mã ꝛ forma:ꝛ ꝙ accidẽtia ꝓpter hoc nõ sũt dispositiones accidẽtales ꝛ dixit: ꝛ qum composita ꝛc̃.i.ꝛ qum sint ꝫ aliqua cõposita ex substãtia ꝛ aljs ꝑdicamentis:substãtia est subiectũ vniuscuiusꝫ accidẽtiũ.U.g.quãtatis ꝛ qualitatiꝭ.perscrutemur igit vtrũ ista cõposita habeant diffinitiones sicut substãtie cõpositę:ꝛ sic erit in istis etiam substantia que significat diffinitionẽ : ꝛ est illa que notificat essentiã rei:ꝛ dicit hoc; q̃a substãtie cõpositę manifestum est ipsas habere diffinitiones ꝛ nomina equalia suis diffinitionibus;sed ꝑdicant de indiuiduis substantie sm quid:aut diffinitiones:aut noia equalia illis diffinitionibus.s.illa que cõgregate significãt illud qõ diffinitiones significãt distincte.in hoc igit capitulo vult perscrutari vtrũ cõposita ex substãtia ꝛ accidẽtibus habeãt tales diffinitiones:ꝛ sic accidẽtia erũt differẽtie substantiarũ:aut nõ habeant diffinitionẽ oĩno;aut habeãt diffinitiones que dicũtur secũdario i respectu diffinitionũ substantiarũ : ꝛ ideo induxit exemplũ compositũ ex substantia ꝛ accidẽte;ꝛ.d. U.g. homo albus.i. si igitur aliqõ istorũ cõpositorũ habuerit diffinitionem.sit igit ꝙ homo albus habeat diffinitionem:quemadmodũ homo habet diffinitionẽ.Deinde dixit;sit igitur ita ꝙ habeat hoc nomẽ vestis.i.ꝛ si hõ albuꝫ habeat diffinitionẽ necesse est ut habeat nomẽ eqle ei in significatiõe ita ꝙ illud qõ ꝯgregat de hoie ꝛ albo sit vnũ in actu ꝛ duo in potẽtia;ꝛ hõ erit genus:ꝛ albũ differentia:ꝛ sit illud nomẽ vestis.qum igit querit de aliq̃bus

nominibus cõpositis ex substãtia ⁊ accidente. Ut.g. de homine albo p quid ꝓtingit respondere cõgregate: est vestis: ⁊ distincte p diffinitionẽ declarantẽ quidditatẽ eius: sicut accidit qum aliquis interrogauerit p qd de aliq̃ cõposito ex duab⁹ substãtijs: vt de hoĩe qui cõponit ex aialitate ⁊ rationalitate. debemus enim rñdere ad hoc p diffinitionẽ declarantẽ quidditatẽ ⁊ essentiã homis. D.o. sed nõ est ex eo qõ dicit ex eo ꝛc̃.i. sed illud qõ significat hoc nomẽ vestis. s. albũ hominẽ nõ est ex rebus que existũt p se: sed ex rebus existentib⁹ tm̃: ⁊ hoc intẽdebat qum dixit: sed mõ simplici. i. q̃ hõ albus fm q̃ est albus nõ existit p se: sed ẽ ens tm̃: nõ ens p se: nec pars entis p se qõ est indiuiduum substantie. ⁊ qum narrauit q̃ iste sermo cõpositus non est diffinitio: qm̃ nõ cõponit ex predicabilib⁹ essentialib⁹ declarantibus sbam vni⁹ rei simplicis i actu sicut significant diffinitiones: sed significãt aliqõ cõpositũ ex duob⁹. s. homine ⁊ albedine. narrauit etiã q̃ hec duo sũt i hoc sermone ex duabus naturis diuersis ⁊ partes sermonis diffiniti sunt eiusdẽ nature: ⁊. d. ⁊ quoddã est ex additione ⁊ q̃ddã nõ. i. due partes istius sermonis sũt diuerse. in diffinitione enĩ albedinis addit subiectũ fm q̃ est accidẽs: in diffinitione vo hois qui accipit i hoc sermone tanq̃ genus nihil additur extra ipsum qum nõ existat i subiecto sicut albatio. D. incepit declarare quõ additio existit in altera duarum partiũ istius sermonis ⁊ nõ i reliq̃: ⁊ dixit q̃ddã diffinit ꝛc̃. i. Ut.g. q̃ qui vult diffinire q̃dditatẽ albedinis existẽtis in homine accipiet i diffinitione eius diffinitionẽ hois albi: qum albedo existẽs i hoie nõ cõstituat nisi p hominẽ ⁊ albus. D. o. ⁊ quoddã p aliã diffinitionẽ ꝛc̃. i. ⁊ necesse ẽ q̃ illud qõ significat hoc nomẽ vestis diffiniat duab⁹ diffinitionib⁹. s. diffinitione hois ⁊ diffinitione albedinis: qum h̃ nomẽ vestis significet vtrũq;. s. ⁊ hominẽ ⁊ albedinẽ. D. o ⁊ ipse diffiniuit vestẽ tanq̃ albũ. i. ⁊ necesse est ut diffinitio vestis sit cõposita ex duab⁹ diffinitionib⁹ duoꝝ: sicut diffinitio alicui⁹ albi cõponit ex duab⁹ diffinitionib⁹ duoꝝ. s. albedinis ⁊ sui subiecti. D. o. hõ enĩ albus ꝛc̃. i. ⁊ diffinitio albedinis nõ p̃dicat de homine ita q̃ dicat q̃ hõ ẽ albedo. i. ita q̃ p̃dicat hoc nomẽ nõ fm diffinitionẽ sicut dixit in cathegorijs: ⁊ q̃ ꝓpter hoc nõ h̃z diffinitionẽ. D. o. ⁊ q̃a ẽ vestis ꝛc̃. i. sed fm q̃ posuim⁹ q̃ hoc nomẽ vestis ẽ nomen hois albi: oĩe habẽs nomẽ h̃z sermonẽ significantẽ suam essentiã: qum illud qõ significat nomẽ ẽ determinatũ. D. o ⁊ vltras rei ꝛc̃. i. sed iste diffinitiones nõ hñt vltatẽ. i. nõ ẽ totũ vltra. i. vnũ: sed diffinitio que declarat q̃ddítatẽ rei ẽ rerũ que sũt totũ ⁊ vnũ. i. q̃ albus nõ est totũ ⁊ vnũ: sed ẽ cõgregatũ ex hoie ⁊ albedine. D. o. ⁊ qum fuerit dictũ aliud de alio ꝛc̃. i. ⁊ quz aliqõ cõmune fuerit dictũ in alio ꝓprio: aut alterũ fuerit predicatũ de altero nõ erit nã alteri⁹ nã secũdi: ⁊ cõgregatũ erit totũ: qum hoc nõ inueniat nisi in dispositionibus substantialibus: ⁊ hoc est declaratũ in dialectica.

Quare quodquidetesse est q̃rũcũq;: ratio est diffinitio. diffinitio vo est: nõ si nomen rationi idẽ significet: omnes enĩ essent rõnes terminí. erit enim nomẽ qõ cuilibet rationi idẽ: quare ⁊ ilias diffinitio erit: sed si primi alicuius fuerit. talia vo sunt quecũq; dicunt nõ eo q̃ aliud de alio dicat nõ erit igit nihil nõ generis specierũ existens qõ quideratesse: sed his solum. hec nanq; videntur non fm participationẽ dici ⁊ passionem: nec ut accidens.

Ergo quid est p essentiã est idẽ oibus rebus quarũ sermo est diffinitio: ⁊ diffinitio nõ est eius cuius nomẽ ⁊ sermo significãt eadẽ: ⁊ si nõ: tunc omnes sermones erũt diffinitiones. omnis enĩz sermo habet nomẽ: ergo metrũ albarũ erit diffinitio. sed qum fuerit alicuius primo tale oĩa q̃ dicunt nõ per illud quod dicit aliud. illud igitur quod est fm essentiã non est aliqua formarũ carentium genere: sed illaruz tm̃. existimatur enim q̃ non dicuntur modo cõmuni ⁊ passiuo: neq; sicut per accidens.

Dicit: g̃ quidditas que dat essentiã rei est omniũ rerum quarũ sermo significãs eas est diffinitio: ⁊ diffinitio nõ est oĩs sermo significãs illud qõ significat nomẽ rei: sed necesse est cũ hoc q̃ sermo ꝓuenit nomini ut significet p̃dicabilia sbalia per que ꝓstituit. D. o. impossibile ꝓtingẽs ei qui ponit q̃ sufficit i descriptione diffinitiõis ut sit sermo compositus cuius significatio ẽ equalis significationi noĩs illi⁹ rei ⁊ dicit: ⁊ si nõ: oẽs sermones essent diffinitiones. i. ⁊ cõtingit ponẽtib⁹ hoc: vt oẽs sermones cõpositi hñtes noia sint diffinitiones. oĩes enĩ sermones cõpositi habent aut possũt habere noia. D. o. aut totũ metrũ ꝛc̃. i. ⁊ si hoc fuerit cõtinget ut oẽs sermones quoꝝ sũt noia essent diffinitiones: ⁊ dixit hoc: qm̃ oia metra fere i eius idiomate habuerũt noia ꝓꝓria. D. o. sed qum fuerint alicui⁹ ꝑmi. i. sed qum noia eq̃pollentia significationi sermonũ significãt rẽ. i. essentiã rei. D. exposuit essentiã ⁊ dixit: ⁊ talia sũt oia q̃ dicunt ꝛc̃. i. ⁊ talia noia sũt noia q̃bus dicunt aliq̃ nõ ꝓꝑ aliq̃ extrinseca ab ipsis: sicut ea q̃ nominant a suis accidẽtibus. nomina enĩ nõ significant essentias eoꝝ ꝓprima significatione: sed si significãt mediantib⁹ illis accidẽtib⁹: ⁊ ideo illi sermones nõ debẽt esse diffinitiones. D. o. g̃ illud qõ ẽ fm essentiã ꝛc̃. i. g̃ diffinitiones que significãt quidditates rerum nõ sunt alicuius formarũ carentiũ genere. s. formarum quarũ subiectum est eis genus: ⁊. d. hoc: qm̃ subiecta accidentiũ sunt alia a naturis eorũ: ⁊ ideo nõ sunt genera illoꝝ. D. o. existimat enĩ ꝛc̃. i. ⁊ forme substãtiales solũmõ habẽt genus. s. subiectũ ex nã illarũ: q; existimat q̃ nõ inuenit p cõmunicantiã cũ aliꝭ sicut accidẽtia: neq; sũt passiones i aliꝭ. i. i eis i quibus existũt: ⁊ vliter nõ sunt de natura accidentiũ quorũ esse est in alio.

Sed ratio quidẽ erit cuiuslibet ⁊ alioꝝ quid significat si est nomen: quia hoc huic inest: aut ꝓ sermone simplici certioz. diffinitio vo nõ erit nec quodquideratesse: aut ⁊ diffinitio sicut ⁊ qõq̃d est multipliciter dicit. etenim quodquidest vno quidem modo significat substantiã ⁊ hoc aliud. alio vo modo quodcũq; predicamento: ũ quãtitatem ⁊ qualitatẽ: ⁊ alia quecũq; talia. sicut enĩ ⁊ ens existit in oibus: sed nõ simpliciter: sed huic quidẽ primũ: illud vo ꝓsequenter: ita ⁊ quodq̃d est simplicit quidẽ substãtie: alio vo modo alijs. etenim qualitatez dicemus vtiq; qd est: quare ⁊ qualitas est eorũ que quid est sed nõ simpliciter: sed sicut de nõ ente logice dicunt quidã esse non ens nõ simpliciter: sed nõ ens sic ⁊ qualitatẽ.

Erit igit sermo cuiuslibet alioꝝ qui significant quid sit: aut nomẽ si fuerit quod significat q̃ hoc est. huius autem sermo simpliciter significat sermonẽ magis perscrutatũ: diffinitionẽ autẽ nõ habet nec illud quod est per essentiam. diffinitio enĩ dicit multis modis: sicut dicit qdditas. quidditas enim quoquo modo significat substantiã ⁊ hoc: ⁊ alio modo vnũquodq; predicamentorum. Uerbi gratia: ⁊ quantitatem ⁊ qualitatem ⁊ alia talia. quemadmodũ enim de substantia interrogatur per quid: similiter de quantitate. quãtitas igitur ⁊ quale sunt eorum que dicuntur per quid: sed nõ ut modo simplici: sed ut quidam dixerunt modo logico in eo q̃ est non modo simplici: sed illud quod non est tale ⁊ qualitas etiã.

UVA. BHSC. IyR_012

14 Quum declarauit q̄ diffinitio simpliciter nō inuenit nisi in substātijs nō in accidentib⁹: quia sunt cōposite ex substantia ⁊ accidēte: vult declarare quantū habent accidentia de intētione diffinitiōis: ⁊.d.g̃ erit sermo.i.qum sit declaratum q̄ in alijs p̄dicamentis nō inuenit sermo substātie.i.diffinitionis eius. dicamus igit q̄ in vnaquaq̄ rerum que sūt nō substātie inuenit sermo qui significat illud qō est in ipso nō diffinitio simpliciter. ⁊ similit si fuerit positū in eis nomē: illud nomē significabit q̄ hoc est hui⁹.i.significabit sermonē cōpositū ex duab⁹ intētionib⁹ subiecto.s. ⁊ predicato: ⁊ dicit hoc: qm̄ si iste sermo: homo albus habet nomē: illud nomē significat hominē in quo est albedo D.d. aut loco sermonis simplicis sermo maioris p̄scrutationis ⁊c̄.i. aut dicamus loco eius q̄ diximus diffinitionem simpliciter sermonē maioris declarationis q̄ nomē: qm̄ si habuerint sermonē aut diffinitionē nō habebūt nisi illud qō est maioris declarationis q̄ nomē nō diffinitionē simpliciter. D.d. diffinitionē aūt simplicit non habebūt ⁊c̄.i. diffinitionē simplicit nō habebūt nec quidditatē simplicit .i. dantē esse: ⁊ q̄si dicit: ⁊ ista nō habent diffinitionē simpliciter: q̄a nō habēt quidditatē simplicit. ⁊ qum declarauit q̄ ista habent diffinitiones quoq̄ mō declarauit q̄ ista nominatio pōt poni: qm̄ diffinitio dicit multipliciter non equiuoce: ⁊ dixit: diffinitio enī dicit ⁊c̄.i. diffinitio enī dicit multis modis fm numerū eorū que dicunt interrogatiōe ad quid. D. incepit numerare illos modos diuerse quidditatis: ⁊ dixit: illud enī qō dicit quoquo mō ⁊c̄.i. illud enī qō significat quidditatē est modo pōsit: ⁊ diffinitio substātie ⁊ huius demonstrati. s. existētis p se. D.d. ⁊ alio modo vnūquodq̄ p̄dicamentorū.i. illud qō significat quidditatem cuiuslibet p̄dicamentorū significat alio modo. ⁊ causa in hoc est: qm̄ quidditas in substātia inuenit alio modo ab eo q̄ inuenit in alijs predicamētis. in substantia enī inuenitur simpliciter: ⁊ in alijs predicamētis fm quid: ⁊ ideo talis dispositio diffinitionū que significāt has duas quidditates. proportio enī diffinitionis ad diffinitionē debet eē sicut ꝓportio q̄ddītatis ad quidditatē. ⁊ qum dixit q̄ hñt diffinitiones aliquas ⁊ quidditates alijs: incepit ratiocinari sup hoc ⁊ dixit: qm̄ quemadmodū interrogat ⁊c̄.i. ⁊ signum eius q̄ alia accidētia habēt quidditates est: quēadmodū interrogamus p quid de quidditatib⁹ substantiaꝝ simpliciter. similit interrogamus p q̄d quoq̄ mō de alijs p̄dicamentis. U.g. quid est quantitas: ⁊ quid est qualitas. D.d. sed ut quidā dixerūt ⁊c̄.i. qm̄ nomen diffinitionis in eis nō dicit modo simplici: sed diffinitio est in eis fm q̄ dictum est in diffinitione priuationis. s. q̄ est illud qō nō est tale nec tale.i. illud qō est nō esse alicuius nō esse simplicit ⁊ dixit hoc: qm̄ hoc nō est aliquid qō nō est simpliciter: si quoniā nō est nō esse simpliciter sicut nec est esse simplicit sed nō esse in respectu qum nō esse est nō esse alicuī. D.d. ⁊ qualitas ⁊c̄.i. ⁊ ita est de predicamēto qualitatis etiā in hoc sicut in alijs predicamētis: ⁊ approprauit qualitatem vt mihi videt: qm̄ hoc nomē q̃le existimat significare substantiā qum qō interrogat p ipsum in specieb⁹ que significant substātias: ⁊ in indiuiduis significat predicamētū qō dicit quale quod numerat in accidentibus.

Oportet quidē igit intendere: ⁊ quō oportet dicere circa vnūqōq̄: nō tñ magis q̃ quō habz quapropter ⁊ nūc qm̄ qō dicit ē manifestū ⁊ qō quideratesse similiter inerit. primū quidez ⁊ simpliciter substātie. deinde alijs quēadmodū qd ē: nō simpliciter qderatesse: sed qualitati aut quantitati quideratē. oportet enīz aut equiuoce hoc esse dicere essentia: aut addētes aut afferētes: quē admodū ⁊ q̄ nō scibile scibile: qm̄ hoc quidē rectum est: neq̄z equiuoce dicere nec eodē mō: sed quemadmodū aliquid medicinale: eo q̄ ad idē quidē: ⁊ vnū nō idē aūt ⁊ vnū: nō tñ neq̄z equiuoce. nihil enī medicatiuū corpus ⁊ opus: ⁊ vas dicitur nec equiuoce nec fm vnuz: sed ad vnū. hoc quidē igit quocunq̄z modo quis velit dicere differt nihil.

Oportet igitur ut latitudo sermonis in vnaquaq̄z rerū sit fm q̄ oportet: ⁊ ut sit in sermone magis: ⁊ ideo si iste sermo quē modo diximꝰ fuerit manifestus erit illud qō est in essentia tale: etiā ⁊ erit primo modo ⁊ simplici substātie. deinde alterius etiā sicut est nō illud qō est per essentiā mō simplici. oportet igit ut entia nō dicant eodē mō equiuocationis: sed sicut magis ⁊ minus: sicut illud qō nō est notum etiā de noto ⁊ ignoto. sermo enim verus qui nō est mō equiuoco: sed fm similitudinē: sicut medicina que attribuit alicui: ita q̄ sit idē nō ita q̄ sit cum eo idē: nec mō equiuoco etiaz: qm̄ corpus medicinabil ⁊ actio medicinabil non dicunt equiuoce nec vno modo: sed respectu vnius. ista igit sint dicta a dicēte quocunq̄z modo voluerit: quoniā inter ea nō est differentia in sermone omnino.

15 Dicit: oportet igit ut sermo de vnaquaq̄z rerū sit fm q̄ pertinet ad naturā illius rei: ⁊ nō debet ꝓtinere magis q̄ illud qō ptinet ad suā naturā nec minus: ⁊ dixit hoc: qm̄ qui dicit accidētia habere diffinitiōes dicit ea habere magis q̄ habēt. ⁊ siliter qui dicit q̄ nō dicit de eis hoc nomē ens ⁊ diffinitio; dicit ea nō habere illud qō debēt habere ⁊ dixit h ut mihi videt: qm̄ antiqui habebāt i eis has duas opiniones: ⁊ ipse induxit mediā que est vera: ⁊ ideo dixit: ⁊ ideo si iste sermo ⁊c̄.i. ⁊ ideo si noster sermo de diffinitionibus est iustus: necesse ē vt noster sermo de naturis quas significāt diffinitiones sit talis: ⁊ dixit hoc: q̄a posuit principiū p̄scrutationis de istis naturis a diffinitionibus. D.d. ⁊ erit primo mō ⁊c̄.i. ⁊si noster sermo de diffinitionibus fuerit verus: tūc diffinitiōes erūt duob⁹ modis: quorū vnus primo ⁊ simpliciter est diffinitio substantie: ⁊ hoc intēdebat qum dixit: ⁊ erit primo modo simplici ⁊ substātie. secūdus autē nō ꝑmo modo ⁊ simplici: sed modo conueniēti nature rei cuius est diffinitio: ⁊ hoc intēdebat quz dixit: deinde alterius etiā sicut est.i. ⁊ diffinitio erit primo modo substātie: q̄a est ens simplicit: deinde erit accidētis etiam sicut est accidens i suo esse qum nō sit modo simplici. D.d. oportet igit ut nō dicant entia ⁊c̄.i. ⁊ qum sit declaratum q̄ illud qō est simpliciter est substātia: ⁊ q̄ ista habent alia entia: oportet ut hoc nomē ens non dicat de eis equiuoce pure sicut nomina que dicunt de affirmatiua ⁊ negatiua: ⁊ vniuersalit de oppositis: ⁊ hoc intendit qum dixit fm magis ⁊ minus. qō enim addit affirmatiua diminuit negatiua: ⁊ ideo dixit: sicut illud qō nō est notum: verum etiā.i. sicut illud qō dixit hoc nomen notū de noto ⁊ ignoto: ⁊ forte intēdit p hoc q̄ h̄ nomē notū dicit de noto scia vera: ⁊ de noto sophistice. ⁊ iste modus equiuocationis debz numerari inē modos nominū equiuocoꝝ: ⁊ hoc multū inuenit in idiomate arabico. U.g. cearū qō significat lucē ⁊ obscuritatē: ⁊ alū qō significat magnū ⁊ paruū. D.d. sermo enī verus ⁊c̄.i. sermo enī verus de istis est q̄ hoc nomē ens dicit de substātia ⁊ de alijs p̄dicamētis nō mō equoco sed fm q̄ alia attribuunt eidē: sicut plura attribuunt medicine: ⁊ nō est idē i reb⁹ attributis: ⁊ h̄ intendebat qum dixit: nō q̄a est idē cū eis vnū ⁊c̄.i. ⁊ ista attribuunt eidē: tñ illud idē nō est in eis i oibus modis: sed i respectu. U.g. quoniā qum dicim⁹ herba medicinal ⁊ instrumentū medicinale attribuunt eidē.i. medicine: sed non est eadē intētio medicine i instrumēto sicut i herba: quoniā si

UVA. BHSC. IyR_012

ita esset:esset sermo in eis ipsa esse medicinalia sicut sermo in reb' multis viuis ipsa esse aialia. Deinde dixit:neq; mō equiuoco.i.ꝛ qum ita sit hoc nomē ens nō significat predicamenta mō equiuoco;neq; vniuoco.D.o.non enim dicimus corpus medicabile ꝛc̄.i.ꝛ hoc nomen ens nō dicitur de eis equiuoce neq; vniuoce:quia hoc nomē ens dicit de accidentibus:sicut dicit corpus medicinale ꝛ actio medicinalis: ꝛ ista nō dicunt equiuoce neq; vniuoce.ꝛ dicit hoc qm̄ dicere vnūquodq; predicamentoꝝ esse ens:eo q; deriuatur ab esse:sed esse nō fm vnā ꝛ eandē intentionē est in vnoquoq; eorū:quēadmodū herba ꝛ instrumentū attribuunt medicine:sed medicina nō inuenit in eis eadē omnibus modis nisi inquantū quidez inducūt vnū finē ꝛ ꝓueniunt ab eodē agente.s.medicina. Deinde dixit: ista igitur dicant ꝛc̄.i.ꝛ qum ista intentio fuerit intellecta p hoc nomen ens:tunc homo vocat omnes istos sermones fingentes naturas accidentiū quōcunq; voluerit:si voluerit diffinitiones: ꝛ si voluerit descriptiones ꝛ diffinitiones sunt substantie tm̄:ꝛ ideo dixit post.

Illud autem palā:quia etiā primo ꝛ simpliciter diffinitio: ꝛ quodquideratesse substantiarū est ꝛ nō solum:sed etiā aliorū similiter est:verūtamen nō primo.non enī est necesse si hoc ponim⁹ huius diffinitionē esse qō vtiq; rationi idē significat:sed cuidā rationi.hoc autē si vnius fuerit: nō eo q; continuū sicut ilias aut quecunq; colligatione:sed si quotiens dicit vnū.vnū vo dicit sicut ens.ens autē hoc quidem hoc aliquid:aliud vo quantitatē:aliud qualitatē significat:quapropter erit albi bois ratio ꝛ diffinitio: alio vo modo ꝛ albi ꝛ substantie.

Et hoc est manifestū q; diffinitio primo mō ꝛ simpliciter ꝛ quid est per essentiā est substantie ꝛ est aliorū similiter etiā:sed nō primo modo.nō enim est necesse si nos posuerimus aliquod subiectum esse ut sua diffinitio que significat ipsū sic sicut si ergo sermonis:sed aliquis sermo: ꝛ illud etiam quādo fuerit vnū nō ita q; sit continuum: sicut dictamen abab:ꝛ omnia que copulant per aliquod ligamentū: sed qum fuerit vnum ex eis modum fm quos dicit vnū.ens igitur quoddā significat hanc substantiā:ꝛ quoddā quantitatē, ꝛ quoddā qualitatē: ꝛ ideo homo albus habebit sermonē ꝛ diffinitionē: sed alio modo ꝛ substantia alio modo.

16 Qum dixit q; nulla est differētia inter hoc q; homo vocat sermones significātes quidditates cuiuslibet ꝑdicamēti:diffinitiones autē nō.s.qñ intellexerit naturā essendi in quolibet eorū:dixit:sed hoc est manifestū ꝛc̄.i.declaratus est igit ex hoc sermone q; diffinitio primo modo ꝛ simpliciter ꝛ quidditas simpliciter quā significat diffinitio ē substantiarum:ꝛ manifestū est q; alia etiam habent diffinitiones similiter:sed nō primo modo.s.simplici: sed secūdario D.o.nō enī est necesse ꝛc̄.i.nō enim est necesse si posuerimus aliquid esse ut habeat diffinitionē significantē ipsum ad modū significationis diffinitionis simplicis: sed tm̄ est necesse si non habuerit diffinitionē simplicē ut habeat aliquā diffinitionē:ꝛ dixit hoc ne aliquis dicat q; substātia ē vna omniū rerū.ꝛ qum dixit q; illa que habēt diffinitiones debent esse vnū:excepit ex eis illa que dicunt vnū per ligationē ꝛ ꝓtactū qum ista nō habeant diffinitionē:neq; simpliciter:neq; fm quid:ꝛ dixit:ꝛ illud etiā ꝛc̄.i. ꝛ est necesse ut aliq̄d habeat diffinitionē: quoniā hoc nomē vnū dicit de eo:nō sicut dicit de aliquo dictamē esse vnū:quia copulat p cōiunctiones;aut q; est ciusdē intērionis: ꝛ vniuersaliter quia omnia dicunt vnū per ligamēta ꝛ copulationem:sed qum dicit vnū aliquo mō vero eorū fm quos dicit hoc nomen vnū:vt dictū est in tractatu in quo distincta sunt noīa.D.o.ens vo quoddā significat ꝛc̄.i.ꝛ qum h nomen ens significat substantiā hāc: ꝛ quoddā hāc quātitatem:ꝛ quoddā qualitatē:manifestū est q; nō eadē intentione est eis omnibus diffinitio ꝛ nomen.D.o.ꝛ ideo albus homo habebit sermonē ꝛc̄.i.ꝛ ideo homo albus habebit etiam nomē ꝛ diffinitionē:ꝛ similiū vnūquodq; ꝑdicamētorum:sed diffinitio ꝛ nomen est eis alio modo:ꝛ substantie alio modo.

Habet autē dubitationē siquis nō dicat diffinitionē esse ex additione rationē cuius erit diffinitio ipsoꝝ nō simpliciū sed copulatoꝝ: ex additione enim necesse palā facere.dico autē ut est nasus ꝛ cōcauitas ꝛ simitas ex duobus dictum: eo q; hoc in hoc est:ꝛ nō fm accidens:neq; cōcauitas:neq; simitas passio nasi:sed fm se: neq; ut album callie:aut homini: quia callias albus: cui accidit hominē esse:sed ut masculinū animali:ꝛ quantitati equale:ꝛ omnia quecūq; fm se dicuntur existere.hec autē sunt in quibuscunq; existit:aut ratio:aut nomen cuius hec passio:ꝛ non contingit ostendere separatus sicut albū sine homine cōtingit:sed nō femininū sine animali: quare horum quodquideratesse:ꝛ est diffinitio: aut non est alicuius:aut si est aliter:est quēadmodu⁹ diximus.

Si igit aliquis dixerit:sermo qui recipit additionem nō est diffinitio erit in hoc error: qm̄ si non fuerit:quid igit est diffinitio eorū que nō sūt simplicia sed cōgregata insimul:necesse est igitur ut significent ita q; recipiant additamentū. Ut.g. nasus ꝛ cōcauitas ꝛ simitas que dicit ex vtroq;: hoc enim est in hoc:ꝛ concauitas non est passio nasi modo accidentali:neq; simitas:sed per se: ꝛ nō sicut callie:aut hominis qui est callias albus quoniam accidit ei q; sit homo:sed sicut masculinum in animalib⁹:ꝛ equale in quantitate ꝛ oīa que dicunt per se sunt rerū:ꝛ ista omnia que sunt in eis:aut diffinitio:aut nomē cuius ē ista passio: ꝛ non potest significare sine ipso alio modo sicut album potest sine homie:sed semina sine animali nō potest:ergo aut nō est habitū ab istis illud quod est per essentiā:ꝛ diffinitio etiā: aut si fuerit erit alio modo sicut diximus.

17 Dixit Ar̄.si igit aliquis dixerit ꝛc̄.i.si igitur aliquis dixerit q; diffinitiones in quibus addit natura alia a natura diffiniti nō sunt diffinitiones omnino:in hoc erit dubitatio. Deinde dixit:quoniā si nō fuerit ꝛc̄.i. sed huic positioni cōtinget impossibile:ꝛ est ut diffinitiōes sint simpliciū ꝛ nō compositorū ex substātia ꝛ accidēte cōpositiōe essentiali:nō cōpositione accidētali:vt homo albus: ꝛ ideo dixit: necesse est igit ꝛc̄.i.necesse igit dicere in diffinitionib⁹ que significāt res cōpositas essentialiter ex substātia ꝛ accidente eas recipere additionē. Deinde dixit:Uerbi gratia nasus ꝛc̄.i.Uerbi gratia:nasus ꝛ cōcauitas ꝛ simitas que significant nasum ꝛ cōcauitatē. Deinde dixit:hoc enim in hoc ꝛc̄.i.ꝛ est necesse ut diffinitio simitatis sit ex ambob⁹: quia simitas significat nasum ꝛ cōcauitatē:ꝛ cōcauitas nō est passio existens in naso p accidens: sed p se:ꝛ etiā simitas nō est in naso sicut albedo i sorte: aut in homine.simitas enim est in naso de accidentibus essentialibus.albedo autē est in homine de accidentib⁹ nō essentialibus: ꝛ ideo nō necesse est ut homo accipiat in diffinitione albedinis;sicut est necesse ut nasus accipiat in diffinitione simitatis. h enim nomē significat ambo.s.concauitatē ꝛ nasum. D.o.

9

UVA. BHSC. IyR_012

accidit enim ei ꝛc̄.i. accidit enim albo ꝙ sit soꝛies: aut hō. Deinde dixit: sed sicut masculinū ꝛc̄.i. sed cōcauitas in naso est sicut masculinitas i animalibus: ꝛ equalitas in quātitate: ꝛ intendit ꝙ nasus diuidit in simum ꝛ nō simū: sicut animal in masculū ꝛ feminā: ꝛ quantū in equale ꝛ in inequale. D. o. ꝛ ista sunt omnia ꝛc̄.i. ꝛ ista accidētia sūt accidentia ꝛ passiones in quoꝛū diffinitione accipit: aut diffinitio rei cuius est ista passio: aut nomen eius. D. o. ꝛ non potest significare sine ipso. i. ꝛ nomen illius passionis ꝛ diffinitio eius nō possunt significare ipsam sine eo qō significat suū subiectū sicut est possibile i albo ꝛ sua diffinitione .s. ꝙ nō indigent significare hominē: sed quēadmodū femina nō pōt significari a suo nomie: aut a sua significatione sine animali: ita simitas non pōt intelligi sine naso. D. o. ℊ aut nō est habitu ꝛc̄.i. ista ℊ aut nō habent quidditatē veram ꝛ diffinitionē verā: aut si habent; habēt alio mō ꝛ secundario: ꝛ hoc est ita: qm̄ substātia taliū accidentiū non sunt sicut genera differentiarū. sunt eni diuersa fm genus ꝛ fm naturā qō nō cōtingit in genere ꝛ differentia differētiarum: neq; illud qō ꝯgregat ex eis ꝛ ex subiecto est vnū in actu: sicut illud qō ꝯgregat ex differētia ꝛ genere: ꝛ ideo substantie sūt digniores diffinitionib' ꝛ q̄ditatibus.

Est autem ꝛ alia dubitatio de eis. si eni idem est simus nasus ꝛ cōcauus idem erit simū ꝛ concauum. si vo nō: quia impossibile est dicere simū sine re cuius est passio fm se: ꝛ est simū ꝯcauitas in naso nasum simū dicere aut nō est: aut bis idē erit dictum nasus: nasus cōcauus. nasus enim simus: nasus cōcauus erit: ꝓpter qō incōueniēs est inesse talibus quodquideratesse. si autē nō: in infinitum sunt. naso nāq; nasi simū si non adhuc aliquid inerit. palam itaq; quia solius substantie est diffinitio.

Et in istis rebus est alia dubitatio. quoniā si idem est nasus simus: ꝛ nasus cōcauus: idē est simum ꝛ cōcauoꝛū cruriū: ꝛ si non impossibile est vt dicat simus per se sine illo cuius est passio: ꝛ si simus est cōcauitas in naso: aut impossibile ē ut dicatur nasus simus: aut idem diceī bis: aut erit nasus: aut simus: ꝛ ideo talia non debent habere quod est per essentiā: ꝛ si non ꝓcedit in infinitū nasus: nasus itaq; post nō erit aliud. manifestum est igitur ꝙ diffinitio est substantiarū tm̄.

18 Quam declarauit ꝙ ista diffinitio vera est substantiarū tm̄: quia habēt genera ꝛ differētias: ꝛ in suis diffinitionib' nō inuenit additio: ꝛ ꝙ accidētia nō habent diffinitiones: quoniā in suis diffinitionib' accipiunt diffinitiones suoꝛū subiectoꝛū que nō sūt genera eis: sed alie nature. ꝛ accidentia sūt in subiectis duobus modis: aut accidētaliter: ut albedo i homine: aut essentialiter ut simitas i naso: ꝛ masculinitas i animalibus: ꝛ p̄mus modus istoꝛū duoꝛū nō habet diffinitionē omnino. diffinitio eni significat res termiatas in diffinito: ꝛ qz qui cōsiderat ad istū modū accidentiuz ꝛ nō ad aliū: negat accidētia habere diffinitiones omnino: ꝛ qui cōsiderat etiā accidētia habētia subiecta cēntialia affirmat eas habere diffinitiones simplicit'; ideo incepit declarare ꝙ substantias habere diffinitiones est manifestū: ꝛ ꝙ accidentia habent aliquid de intētione diffinitionis: ꝛ que stio cōtingens in hoc ex accidētibus que sūt in subiectis p accidens soluit ex hoc. s. quando accipiunt i suis subiectis essentialibus: quia tunc habebūt nomina que significant vtrunq; ut simitas. ꝛ quia aliquis potest dicere in talibus accidentibus: quia habent diffinitionē substātie: ꝛ que sūt tanꝙ differentie suis subiectis: ꝛ sua subiecta tanꝙ genera incepit etiam declarare impossibilia cōtingentia huic positioni: ꝛ dixit: ꝛ in istis rebus ꝛc̄.i. ꝛ est quomō est dicere ꝙ simitas est differentia substātialis nasi: ꝛ ꝙ illud quod cōgregatur ex eis est vnū: sicut est dispositio in differentia cū genere. cōtinget enim dicēti hoc ut nasus simus: ꝛ nasus cōcauus sint idem: quoniā cōcauitas est differētia substātialis in naso: ꝛ sic nasus cōcauus erit idem cum naso simo: ꝛ ex hoc cōtingit ꝙ crura cōcaua ꝛ nasus simus sunt idem .s. eiusdem speciei: quoniā subiectum cōcauitatis est tanꝙ genus cōcauitatis: ꝛ cōcauitas tanꝙ differētia: ꝛ sic omnia in quibus inuenit cōcauitas sunt eiusdē speciei: quēadmodum oīa que cōstituunt per eandē differentiā sūt eiusdē speciei. Deinde dixit: impossibile eni est ut simus sit per se .i. ꝛ cōtingit: quia impossibile est fingere ꝙ simitas existat per se sine subiecto. Deinde dixit: ꝛ si simitas est cōcauitas in naso ꝛc̄.i. ꝛ si simitas significat cōcauitatē in naso sicut nomen significat cōgregatū ex differentia ꝛ genere: vt homo animal rationale moꝛtale: necesse est ut nasus non disponatur per simitatē dicendo nasus simus: quoniā tunc aut dicet idem bis. s. ꝙ dicere nasus simus erit tanꝙ dicere nasus nasus: aut dicere animal homo: aut simus significat aliqō oppositus ei qō significat nasus: aut simitas erit aliquid existens per se sine naso: ꝛ hoc intēdebat qum dixit: aut erit nasus: aut simus: ꝛ hoc est necesse quādo cōcauitas fuerit differētia substātialis: quoniā nasus est ei tanꝙ genus: ꝛ sic hoc nomen simitas cōtinet ipsū sicut genus cōtinet speciē compositā ex genere ꝛ differētia. ꝛ quz dicitur nasus est simus accidit necessario que nō accidit si cōcauitas est accidēs in naso. hec eni simitas nō ꝓsignificat nasuz nisi per continentiā. ꝛ si dicit aperte nō sequit impossibile .s. quin dicit nasus simus: quum ꝑfunditas sit in eo accidēs erit in potētia. ꝛ quum dicit in actu nō sequit impossibile. si autē ꝑfunditas esset substātia in naso: tūc hoc nomen simitas ꝓsignificaret nasum i actu: ꝛ tūc esset dicere nasus simus: sicut dicere nasus nasus: ꝛ ideo dixit: ꝛ ideo ista non habent aliquid qō est per essentiā ꝛc̄.i. ꝛ manifestū est igit ꝙ si illud haberet diffinitionē verā ꝓtingeret ut nasus haberet nasū: ꝛ nasus nasum: ꝛ sic in infinitū: ita ꝙ impossibile esset inuenire nasum postꝙ nō esset alius. ꝛ quum declarauit ꝙ sequitur ex his sermonibus talis nugatio. Deinde manifestum est igit ꝙ diffinitio est substantiarū tm̄.i. ꝓpter impossibile predictum.

Nam ꝛ si aliarū cathegoriarū necesse est ex additione esse ut equalitatis ꝛ imparis: nō enim sine numero: nec que feminini est sine animali. ex additione vo dico in quibus accidit idē bis dicere sicut in bis. si vo hoc verū non copulatoꝛū erit ut numeri imparis: sed latet: quia nō certe dicuntur rationes. si vo sunt ꝛ hoꝛum termini: aut alio modo sunt: aut quēadmodū dictū est multipliciter opoꝛtet dicere esse diffinitionē ꝛ quodquderat esse. quare sic quidē nullius erit diffinitio nec qō quideratesse alicui ierit nisi substātijs: sic aūt erit quod quidē igitur est diffinitio que quidē ipsius quideratesse ratio ꝛ quideratesse: aut solum substantiarum est: ꝛ maxime: ꝛ primuz ꝛ simpliciter palam.

Et si est aliozū predicamentoꝝ necesse est ut sit ex additione ut diffinitio quantitatis ꝛ numeri quoniā nō est sine numero: nec illa que est femine est sine animali. ꝛ sermo qui est ex additione que accidit ex eis est dicere bis idē sicut est in istis. ꝛ si est verū nō erit incōgregatus insimul ut numerus impar: sed latet ꝙ diffinitiones non dicunt ꝑfecte. si igit iste hñt diffinitiones sunt alio modo sicut dictū est. dicamus igit ꝙ diffinitio ꝛ illud qō est per essentiā dicit multis modis: ergo quoquo modo nihil omnino habet diffinitionē

UVA. BHSC. IyR_012

aut illud qđ eſt per eſſentiã niſi ſubſtantie ⁊ quo quo mõ habent: quoniã aut diffinitio eſt ſermo eius quod ẽ per eſſentiã: ⁊ illud qđ eſt p eſſentiã ſolũmodo ſubſtantiarum: aut magis primo modo ⁊ ſimpliciter manifeſtũ eſt.

19 Idest ⁊ ſi alia predicamẽta habẽt diffinitionẽ neceſſe ẽ ut in illis diffinitionibus ſit additio ſupra naturã diffiniti Deinde dixit: ut diffinitio quantitatis ⁊c̃.i. ſicut diffinitio quantitatis ⁊ imparis. impar enĩ nõ diffinit ſine numero: nec numerus ſine quãtitate. ⁊ ſimiliter femina nõ põt diffiniri ſine eo qđ in ſua diffinitiõe accipit. ſ. animal: ⁊ iſta ſũt ſubiecta eorũ: ſubiecta igit eorũ addunt in diffinitionibus eorũ. Deinde dixit: ⁊ ſermo qui eſt ex additione ⁊c̃.i. ⁊ accidit in diffinitione in qua eſt additio. ſ. diffinitione accidẽtis quãdo nititur aliquis diffinire illud qđ componit ex ſubiecto ⁊ accidente: dicere idem bis. ſ. ſubiectũ in diffinitiõe: neceſſe eſt enim diffinire ſubiectũ per ſe: ſed quia i diffinitione accidẽtis accipit ſubiectũ cõtinget ſubiectũ dici bis i diffinitione: ⁊ ſi eſt verũ q̃ i diffinitionib' iſtorũ eſt additio. i. q̃ idẽ dicit bis i diffinitione cõgregari ex duob': ideo res cõgregate ex duobuſ nõ habet diffinitionẽ. Uerbi gratia: numerus impar. ⁊ quia ſermones cõpoſiti ex ſubſtantijs nõ dicunt eſſe vnũ ſm cõgregationẽ qum ſint vnus in actu plures in potentia e cõtrario ei qđ eſt in ſermonibus cõpoſitis ex ſubſtãtijs ⁊ accidentib'. Deinde dixit: ſed latet ⁊c̃.i. ſed latet q̃ diffinitiones nõ dicunt eodem ordine: nec queritur in ordine: nec queritur i eis pfectio eodẽ modo: ⁊ ideo ſi iſta habent diffinitiones ſunt alio modo diffinitiones. ſ. accidentiũ: ⁊ diffinitiones eorũ que cõgregant ex accidentibus ⁊ ſubſtãtijs. Deinde dixit: dicamus igit q̃ diffinitio ⁊c̃.i. ponamus igit ſm q̃ apparet ex ſermone hoc q̃ diffinitio dicit multis modis: ergo quoq̃ mõ debem' dicere q̃ nihil habet diffinitionẽ preter ſubſtantiã: ⁊ alio mõ poſſumus dicere q̃ omnia habẽt diffinitionẽ: ⁊ dixit hoc: quoniã quãdo intelligit per diffinitionẽ illud qđ dat quid ditatem rei propriã ſibi: ⁊ conuenit nomini ſine additione ⁊ ſine iteratione: tũc diffinitio nõ erit niſi in ſubſtantijs: ⁊ qum fuerint accepta alia que ſunt preter ſubſtantiã ſm q̃ ſunt entia cõtinget ut habeant diffinitiones. ⁊ qum fuerit poſitũ q̃ diffinitio dicit multis modis diſſolueꝫ queſtio: ⁊ iſta eſt diſpoſitio demõſtrationis cũ ſermonibuſ logicis. ſ. quia diſtinguũt partẽ verã a falſa. dicere enim accidentia habere diffinitiones quodãmõ eſt falſum: quia nõ habẽt diffinitiones ſubſtãtie: ⁊ quodãmõ verũ eſt: quia habent aliquas diffinitiones. Deinde dixit: quoniã autẽ diffinitio eſt ⁊c̃.i. declaratũ eſt igit ex hoc ſermone q̃ diffinitio ſimpliciter eſt ſermo qui ſignificat quidditatẽ rei: ⁊ q̃ quidditas nõ inuenit niſi in ſubſtantijs tm̃: aut magis i ſubſtantijs ⁊ modo priori ⁊ ſimpliciori.

Utrum autẽ idem eſt aut alterũ quodquid erateſſe: ⁊ vnũquodq̃ perſcrutandũ eſt. eſt enim aliquid preopere de ſubſtantia ad perſcrutationem. ſingulum enim nõ aliud videt eſſe a ſuimet ſubſtãtia: ⁊ quodquideratẽſſe dicit ſinguli ſubſtãtia. in dictis itaq̃ ſm accidens videbit vtiq̃ diuerſum eſſe: ut albus homo: alterũ ⁊ albo homini eſſe. ſi enim idẽ homini eſſe ⁊ albo homini idẽ idem enim homo ⁊ albus homo ut dicũt: quare ⁊ albo homini ⁊ homini: aut nõ neceſſe eſt quecunq̃ ſm accidens eſſe eadẽ. non enim ſimiliter extremitates fiunt eedem: ſed forſitan illud videt accidere extremitates fieri eaſdem ſm accidens: ut albo eſſe ⁊ muſico videt aut non. in dictis vo ſm ſe ſemper neceſſe idẽ eſſe: ut ſique ſunt ſubſtãtie quibus altere nõ ſunt ſubſtãtie: nec altere nature priores: quales dicunt ideas eſſe quidam. ſi enim erit alterũ ipſum bonũ: ⁊ quod bonus eſſe animal: ⁊ quod animali eſſe: ⁊ ens ⁊ qđ enti erũt alie ſubſtantie ⁊ nature ⁊ idee pret dictas ⁊ priores ſubſtãtie illis ſi quodquideratẽſſe ſubſtantie eſt: ⁊ ſiquidẽ abſolute ab inuicẽ: harum quidem nõ erit ſciẽtia: hec autẽ nõ erunt entia. dico autẽ abſoluí ſi nec bono ipſi exiſtit eẽ bono: nec huic eſſe bonũ. ſcientia enim cuiuſlibet per hoc quod quidem erat illi eſſe: ⁊ in bono ⁊ in alijs ſimiliter ſe habet: quia ſi nec bono eſſe bonũ: nec q̃ enti ens: nec q̃ vni vnũ. ſimiliter autẽ omnia ſunt aut nullum quodquideratẽſſe: quare ſi neq̃ q̃ enti ens: nec aliorũ nullũ amplius cui nõ ineſt bono eſſe nõ bonũ. neceſſe igitur vnũ eſſe benignus ⁊ benigno eſſe: ⁊ bonus ⁊ bono eſſe: quecũq̃ non ſm aliud dicunt: ſed primo ⁊ ſm ſe: etenim hec ſufficiens ſi extiterit q̃ſq̃ nõ ſint ſpecies: magis autẽ forſan ⁊ ſi ſint ſpecies.

Sed perſcrutemur vtrũ quod eſt per eſſentiam ⁊ ſingulare ſint idẽ anteq̃ perſcrutemur de ſubſtãtia. ſingulare enim nõ exiſtimat eſſe aliud q̃ ſubſtãtia in qua eſt: ⁊ dicit per quodquideſt p eſſentiã eſt ſubſtãtia ſingularis i eis: aut que dicũtur per accidẽs: rectũ eſt exiſtimare eſſe aliunde. Uerbi gratia: homo albus ẽ aliud: ⁊ quideſt albi hominis p eſſentiã ẽ aliud: qm̃ ſi fuerint idem tunc eſſentia hominis ⁊ homo albus idem erũt. homo enĩ ⁊ homo albus ut dicũt ſunt idẽ: ergo homo albus ⁊ homo entiã: aut nõ erit neceſſe ut ſint idẽ omnia que ſũt per accidẽs: quoniã non erunt eadẽ extrema: ſed rectũ eſt exiſtimare hoc accidere eis ut eſſentia albi ⁊ muſici: ſed hoc nõ videtur. in eis autẽ que dicunt per ſe rectum eſt ut ſint idẽ neceſſario: ſicut dicimus ſi alique ſubſtantie ſint prime ⁊ nõ ſint ſubſtãtie aliorum: nec nature aliorũ ſicut quidam dicũt de formis. quoniam ſi bonũ eſt illud quod bonũ erit ⁊ eſſentia boni etiam: ⁊ animal ⁊ eſſentia animalis: ⁊ eſſentia entis ⁊ ens: ⁊ alie ſubſtantie ⁊ nature ⁊ forme ⁊ alie ab eis que dicunt: ⁊ ille ſubſtantie ſũt priores ſiquideſt per eſſentiã ſit ſubſtãtia: ⁊ ſi ſint abſoluta ab inuicẽ quedam nõ ſcientur per ſcientiã ⁊ quedam nõ erunt entia. ⁊ dicimus ea eſſe abſoluta ſi bonũ per ſe non habet eſſentiã boni: neq̃ illud quod dicit hoc: habet enim eſſentiaz boni. ſcire enim cuiuſlibet rei hoc eſt. ſ. ſcire quideſt p eſſentiam: ⁊ ſimiliter in bono: ⁊ de alijs ſimiliter. ſi ergo bonum nõ habet eſſentiã boni: ergo ens nõ habet eſſe: neq̃ vnum vnũ: ⁊ ſimiliter omnia aut habebunt quideſt per eſſentiã: aut nõ habebunt. ⁊ ſi ens nõ habet: ergo neq̃ omnino aliud ⁊ etiam illud quod nõ habet boni eſſentiã etiaz eſt bonum: ergo neceſſe eſt ut bonum ⁊ eſſentia boni ſint idem: ⁊ ſtudiũ eſſentia ſtudij ſint idem: ⁊ omnia que dicunt nõ de alijs: ſed ſunt prima per ſe: etiam quoniã in iſtis eſt ſufficientia ſi ſint forme: ⁊ ſi nõ ſint: ſed dignũ ẽ etiam ſi ſint forme ⁊ non ẽ manifeſtum ſi ſint inſimul.

20 Quum declarauit q̃ quidditateſ ſimplices nõ inueniunt niſi in ſubſtãtijs: ⁊ q̃ per illas ſũt ſubſtãtie: vult h̃ perſcrutari vtrum iſta ſubſtãtia que eſt quidditas ⁊ ſubſtãtia ſingularis. ſ. indiuiduũ ſubſtãtie ſint idem: ita q̃ quidditas q̃ eſt ſubſtãtia eius ſit quidditas ſingularis: ⁊ illud ſingulare eſt ſubſtãtia per iſtam quidditatẽ: aut quidditas rei ſit aliud a re in actu. ⁊ queſiuit hoc propter formas quas dicit plato: quoniã ſm illã opinionẽ erũt q̃ditates p̃marũ

UVA. BHSC. IyR_012

